

ALPHONSI  
TOSTATI  
HISPANI.

EPISCOPI ABVLENSIS,  
PHILOSOPHI, THEOLOGI,


Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon  
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

OPUSCULA ERVDITISSIMA:

De Sanctissima Trinitate: De statu Animarum post mortem: De optima Politia:  
Super Ecce Virgo concipiet: Contra Sacerdotes concubinos.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inulcissimum  
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



VENETIIS. M D XCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

# ALPHONSI TOSTATI

HISPANI.

EPISCOPI ABVLENSIS,  
PHILOSOPHI, THEOLOGI,


Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon  
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

OPVSCVLA ERVDITISSIMA:

De Sanctissima Trinitate: De statu Animarum post mortem: De optima Politia:  
Super Ecce Virgo concipiet: Contra Sacerdotes concubinos.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum  
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



VENETIIS. M D XCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.



ALPHONSI  
 TOSTATI  
 EPISCOPI  
 ABVLENSIS  
 OPUSCULUM  
 De Sanctissima Trinitate.

P R Æ F A T I O.



VX TA conditionem temporis vernalis altissimus me sopor tenebat, quo omnibus relictis gratissima quiete resolutus eram, cum subito quodam delapsu aduenisse visa est veneranda institutrix mea sororum dignissima Vrania, cuius ab ipsis teneris crepundijs monitis edoctus fueram, ita ut in hac quomodolibet iuuenilem euasissem ætatem, quæ ut laudabilibus destitutû operationibus soli degeneri vacare sopori intuita est, ingemuit, pariter & indignata est, vultus tamen dignitate seruata, mordaciter & imperiose inquit: Quid te alumnorum meorum quondam dignissime, nunc vero ipso actu cunctis indignior tanta solitudine enutriui, ut in hanc solidam ætatem exurgeres? Quid tibi Castalios amnes Pegaſeo fonte manantes ad satietatem tradidi epotandos? Quid tibi toties inter bicipitis Parnasi iuga concordium sororum choros videndos dedi? Quid te (quod his longe præstantius erat) ipsius chori feci participem? Quid te postremo gemina laurea infulaui, si degenerere sopore solutus ignominiosam vitam acturus es? Resume vires, animos viriles indue, alicui te altissimæ actioni tradito, quo & labores tuos, & nostra studia æternis attollas præconijs. Ego autem tantæ maiestatis confusus præsentia, nihil quod iuste obijcerem habens erubui, quod tamen consopita ratio in promptu habuit, elocutus sum. O imperiosa Domina, a tenera ætate hucusque in tuis militavi castris, nunc tandem aliquando cessandum est. Ad quod illa, o alumne ridendum aliquid dixeris, cum enim a tenera ætate hucusque in castris meis inclyte militaueris, nunc in virile robur euadens quiescendum putas? nec cernis quantum ista ignobiliter dicta sint? Ego igitur cum ad hæc nihil mihi dicendum occurreret, parui, illa vero disparuit. Illius ergo secutus monita, huic altissimæ speculationi, quæ de Sanctissima Trinitate est, eius, de qua agetur præmisso subsidio, me applicandum censui. De hac tamen re summa, & excellentissima iuxta Beatum Augustinum primo libro de Trinitate, cum modestia, & timore agendum est, & attentissimis auribus, atque deuotis audiendum, vbi quæritur vnitas

Trinitatis  
deklarandæ  
modi duo.

Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus sancti, quia nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Ad huius autem operis prælibationem Paraphum illum decreui inferere, qui habetur 1. Sent. distinct. 2. & incipit; Proponamus ergo in medium Veteris, ac Noui Testamenti auctoritates, quibus diuinæ vnitate, atque trinitatis veritas ostenditur, ac primum ipsa legis exordia occurrant. Magister in hac 1. dist. libri primi intendit determinare de Sanctissima Trinitate personarum, & vnitate essentia, & quia secundum August. primo lib. de Trin. duplex modus tractandi est sanctorum Doctorum de Sanctissima Trinitate, scilicet, vt primo auctoritatibus sacræ scripturæ confirmet quod intendunt; secundo vt exemplis, & similitudinibus naturalibus illud persuadeant, Magister primum modum in dist. ista tenet. & per testimonia Noui, & Veteris Testamenti declarans vnitatem essentia, & personarum Trinitatem. Et sequenti distinct. 3. illud exemplis, & similitudinibus, iuxta secundum modum confirmat. Et pro expeditione primi dicit, quod proponenda sunt in medium testimonia veteris, & noui Testamenti. Istud dicit, quod nulla auctoritas solida est, nisi illa, quæ Spiritu sancto dictante data, & talis est scriptura vtriusque Testamenti, quæ tota prophetice scripta est, iuxta illud 2. Pet. 1. Hoc primum attendentes, quod scriptura prophetica propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto dictante, locuti sunt sancti Dei homines. Aliæ autem scripturæ non sunt factæ Spiritu sancto dictante, vel saltem non constat hoc, ideo eis non tantum innitimur. Per has scripturas Magister vult probare vnitatem deitatis, & trinitatem personarum. De vnitate tamen essentia, quia est consideratio magis naturalis, cum de ea tractet Aristot. 8. Physic. & in 12. Metaphy. nihil in præsentia dicendum est. Sed de ipsa personarum Trinitate. Ad huius dubij maiorem inuestigationem sequens quæstio cum suis conclusionibus subiungitur, scilicet, Vtrum in diuinis esse Trinitatem sit aliquo modo necessario conuincibile, vel personarum pluralitatem. In quæstione ista satis est declarare vnum de duobus, scilicet, quod sit in diuinis Trinitas personarum, vel quod sint plures personæ, siue sint tres, siue non. Et dico an sit conuincibile per aliquem modum necessarium, quia multi modi sunt conuincendi necessario. Vnus modus est per demonstrationem, quæ facit scire, vt patet 1. Posterio. Et per istam simpliciter conuincitur quilibet: cum demonstratio sit communis omnibus. Alius modus est per auctoritatem necessariam, quia interdum occurrit tantæ necessitatis auctoritas, vt nullo modo possumus euitare illam, sicut nec demonstrationem, sed potius teneamur illi inniti, quàm demonstrationi assentire, sicut dicit Beatus Petrus in Cano. 2. cap. 1. loquens de transfiguratione Christi, in qua viderunt tres Apostoli gloriam corporis eius clare, dicit tamen quod sermo propheticus est certior probatio, quàm id, quod ipsi viderunt, dicens; Habemus autem firmiorem propheticum sermonem, scilicet, firmior est ipse sermo propheticus, quàm visio ocularis. His visis arguitur, quod pluralitas personarum, & Trinitas in diuinis sit conuincibilis, quia ista probantur plene auctoritatibus Noui, & Veteris Testamenti, quæ necessario concludunt, ergo est conuincibile hoc. In contrarium videtur, quod non sit necessario conuincibile, quia si necessario posset conuinci, viri clarissimorum ingeniorum, qui hucusque fuerunt, potuissent istud secretum probare, & demonstrare omnibus gentibus, & tamen nullus hucusque fecit, ergo non est conuincibile. Ad declarationem maiorem huius quæstionis subjiciantur conclusiones, quarum prima sit.

Vnitatis  
Dei natura  
is est non  
Theologi-  
ca confide-  
ratio.



ALPHONSI  
TOSTATI  
EPISCOPI  
ABVLENSIS  
OPUSCULVM  
De Sanctissima Trinitate.

PRIMA CONCLUSIO.

Auctoritates Veteris Testamenti persuadent  
Trinitatem personarum.



**F**X auctoritatibus veteris testamenti personarum pluralitas, licet sit persuasibilis, necessario tamen non est conuincibilis. Prima pars patet, quia multæ auctoritates sunt, quæ aliquid simile pluralitari personarum innuunt, aut videntur innuere, & allegat aliquas Magister dist. 2. primi, & est prima. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Nam cum dixit: Faciamus, significat pluralitatem personarum. Potissime, quia ad aliquem loquebatur, & ille erat Deus. Cum autem dixit ad imaginem, & similitudinem, tetigit vnitatem, quia vna erat imago, & similitudo.

Secunda auctoritas, quam allegat Magister est, quæ dicitur Genes. 1. scilicet, In principio creauit Deus cælum, & terram, vbi habetur in Hebræo Elohim, quod est numeri pluralis, ac si diceretur Dij, & tamen ponitur verbum in singulari, scilicet, Creauit, siue Bara. In quantum ergo dicitur, Creauit; signauit vnitatem actus, & sic est vnitas natura, siue principij agendi, ideo vnitas est natura, & pluralitas suppositorum diuinorum. Aliæ multæ auctoritates sunt similes, quæ postea tangentur in declaratione secundæ particulae conclusionis, quibus idem persuadetur.

Quo personarum pluralitas tractatur Psal. 109. & Genes. 1.

Secunda particula est, quod non potest necessario conuinci ex auctoritatibus Veteris Testamenti, per se sumptis pluralitas personarum, ita vt appareat. Pro quo sciendum, quod in multis locis Veteris Test. Alph. Tost. in Opusc. de Sanctis. Trin.

amentum agitur de personarum pluralitate, sicut patet in Psal. illo 109. scilicet, Dixit Dominus Domino meo. Nam ibi loquitur pater ad filium. Nam sic allegauit Christus Matth. 22. quod Messias erat Deus ex verbis illis, & sic erat pluralitas suppositorum diuinorum. Hoc tamen apparet sumendo simul testimonia Noui Testamenti. Sed sumendo sola testimonia Veteris Testamenti nihil probabitur. Er apparet inductiue hoc, primo ex auctoritate illa, scilicet, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Nam licet dicatur in plurali, faciamus, non arguitur pluralitas suppositorum, sed potest intelligi aliter ista pluralitas: vno modo, quod in creatione hominis, cum Angeli essent iam creati, Deus loqueretur ad Angelos, dicens, Faciamus hominem.

Sed tunc obijcietur dupliciter: vno modo, quod non stat, quia Deus, & Angeli non communicauerunt in hominis creatione, quia solus Deus est, qui creauit hominem. secundo, quia dicitur, ad imaginem, & similitudinem nostram, & tamen non est eadem imago, nec similitudo Dei, & Angelorum.

Ad primum dicendum, quod Angeli non communicant in actione Dei: Deus tamen creauit hominem, scilicet, animam, quam infudit corpori plasmato de terra, & dedit illi corpori esse humanum simul: Angeli vero cooperati sunt infiguratione hominis, scilicet, formando, & lineando corpus eius de limo terræ, & in hoc Deus non operatus est.

Pro quo sciendum, quod formatio hominis creditur hoc modo fuisse, scilicet, quod Deus iusserit Angelis, quod de limo terræ formarent vnum corpus secundum humana lineamenta, & cum esset sic exanimatum, nec esset corpus humanum, nec cadauer, sed statua lutea, Deus infudit illi corpori animam, & infundendo simul fecit ipsum limum esse carnem, & sanguinem, & neruos, sicut in corpore humano

Formatio  
hois, quo  
credit fuit  
se.

humano requiritur. Hoc autem non poterat face- re Angeli, sed solum figurare limum. Etiam ani- ma per vnionem ad corpus, non poterat facere de luto carnem, & ossa, & neruos, & humores, im- mo erat impossibile eam vniri corpori sic se habenti. Et sic Deus dicitur fecisse totum hominem; An- geli autem nihil fecerunt, nisi figurare materiam.

Sed adhuc obijcietur, quod istud non fecerunt Angeli, quia dicitur Genesis secundo: Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faci- em eius spiraculum vitæ: ergo tam formationem corporis, quam animæ inspirationem Deus opera- tus est. Dicendum, quod Angeli fecerunt, & tamen dicitur fecisse Deus, quia ea, quæ fecerunt Angeli sæpe in sacra scriptura attribuuntur Deo. Sicut patet de illo, qui apparuit in rubo, Exodi tertio. Nam ibi dicitur, quod erat Deus, & quod Israelitæ erant populus suus, & quod ipse erat Deus patrum suorum, & tamen illæ erant Angelus, sicut dixit Beatus Stephanus, & habetur Actuum septimo. Sic etiam ille, qui loquebatur in datione legis in monte Sinai videbatur esse Deus, quia ipse dixit: Ego sum Do- minus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: non habebis Deos alienos coram me, Exodi vigesimo, & Deuteronom. quinto, & tamen ille erat Angelus, vt patet ad Galatas tertio, scilicet, Lex data est in manu mediatoris, id est, Moyfi ordinata per Angelos. Quare autem Angeli in Veteri Testamento vocentur ali- quando Deus, & quare interdum Angeli, & in quibus locis Deus, & in quibus Angeli requirunt maio- rem dignitatem, quam sit præsens negocium, de quo in alijs locis dictum est.

Ad secundum cum obijciatur, scilicet, quod non sit eadem imago Dei, & Angelorum, dicendum quod non est eadem secundum substantiam, vel numero, sed est eadem per magnam similitudinem, quantum ad illud, quod grosse speculantibus apparet. Et mo- dus est, quia Deus quandoque non videretur a Iudæis, putabatur esse rationalis intelligens, & ha- bens actus humanos habentes aliquam perfectionem, vt videre, audire, & odorare. Nam sic ipsi putabant Deum esse illum, qui eis locutus est in datione legis, & dixerunt: Non loquatur nobis Dominus, ne moriamur, Exodi vigesimo, & Deuteronom. quinto. De Angelis etiam idem putabant, scilicet, quod loquerentur, & viderent, & audirent, & haberent similitudinem corporum humanorum, cum scriptu- ra dicat eos sic apparuisse, vt patet Genesis decimo- sexto, decimo octauo, decimo nono: concordabant ergo Angeli, & Deus in hoc, quantum ad opinio- nem Iudæorum, quod loquebantur, audiebant, vi- debant, odorabant, intelligebant, & habebant cæ- teros actus similes, & tales actus habent homines, ideo dicerentur homines facti ad imaginem Dei, & Angelorum.

Alio modo posset intelligi ista auctoritas de Deo solo, etiam si esset vnica persona, sicut est vnica es- sentia, scilicet, quod Deus diceret de seipso, Facia- mus hominem ad imaginem nostram, & licet locuti- onem fieret ad alium, qui non esset Deus, scilicet, ad Angelos, tamen non poneretur in plurali propter aliquem alium, qui communicare deberet in ope- ratione ista, sed propter magnam dignitatem Deus de seipso loqueretur in plurali, sicut dicunt magni viri: Nos Dominus Petrus faciemus vobis immen- sa beneficia, & sic etiam diceret ad imaginem no- stram, sicut dicunt magni viri: Domus nostra est bona.

Item cum dicitur, quod ex hoc patet vnitatem es- se naturæ, quia dicitur ad imaginem, & non sunt plu- res imagines, sed vnica, non colligitur vnitas essentia- rum saltem numero, sicut asserimus, quod dato quod vna esset natura in specie, sicut humanitas essent multæ numero, sicut sunt multæ humanitates in multis ho- minibus, & sic essent multi Dij, & eorum esset vnica imago, & tamen hoc negatur. Item non videtur satis conuenienter dictum, quod in introducantur hic perso- næ loquentes. Non enim videtur, quæ persona loque- retur ad alias, quia in illo signaretur aliqua perfectio maior loquentis, licet ista ratio videatur alicui pari de- fectum, sed non pariter. Item non est verisimile, quod loqueretur Moytes de imagine, & similitudine, eo modo, quo loquuntur Theologi nostri. Nam licet verum sit, quod talis imago Trinitatis sit in anima nostra, qualem ipsi asserunt, tamen non est verisimi- le, quod de illa loqueretur Moytes, quia Moytes vo- lebat declarare Israelitis creationis rerum modum, & debebat taliter loqui, vt posset intelligere populus ille rudis, & tamen accipiendo imaginem, & simili- tudinem Trinitatis, sicut Theologi accipiunt, vix nos cum magno studio, & doctrina intelligere possumus, quanto magis populus ille rudis, qui in nulla doctrina expertus erat? Ideo credendum, quod loquebatur Moytes de imagine, & similitudine, quæ est quædam immutatio in actibus humanis apparentibus, scilicet, loqui, videre, audire, intelligere, & similibus. Et sic ex ista auctoritate non probatur personarum pluralitas, nec vnitas essentia- rum.

Secunda auctoritas principalis, quam Magister in- ducit est de eo, quod habetur Genes. i. scilicet, In prin- cipio creauit Deus cælum, & terram, quia in Hebræo ponitur ibi Elohim, quod est pluralis numeri, i. Dij. Et cum ponitur verbum singulare significatur suppositio- rum pluralitas, & vnitas naturæ. Sed non stat, quia ibi ponitur plurale pro singulari. Nam in isto nomine El, vel Elohim est indifferentia, scilicet, quod non ma- gis est accipere plurale, quam singulare, quia totum pro singulare accipitur cum Deus vnicus sit. Et ma- nifestum est, quod accipitur improprie. Nam si pone- retur pro plurali, cum istud nomē significet naturam diuinam, significaret eam multiplicatam in suppositis, & essent multi Dij, sicut multi homines. Hoc ta- men negamus. Nec etiam litera Latina concedet ali- quando Deos, licet sint multæ personæ, sed idem si- gnat Elohim proprie sumptum, quod Dij, ideo non accipitur pro plurali. Nec obstat, quod ponatur in plurali Elohim, non ad signandum multos Deos, sed multa supposita diuina, quia etiam adhuc non conce- dit Latinus sermo Deos, siue tres Deos, ideo nec ser- mo Hebraicus idem concedit, nisi improprie accipia- tur, scilicet, plurale pro singulari. Dicendum autem, quod errant nimis, qui ex talibus locis volunt probare pluralitatem diuinarum personarum, quia talis mu- tatio numerorum non euenit ex aliquo mysterio, sed ex barbarie idiomatis. Nam sæpe sunt tales mutatio- nes in Hebræo sine aliqua ratione, sed solum ex con- suetudine loquendi. Et non seruat proprietates lo- quendi inter adiectiuum, & substantiuum: inter rela- tiuum, & antecedens, inter suppositum, & apposi- tum. Patet de adiectiuo, & substantiuo. Nam Isa- iæ 19. id dicitur: in litera nostra: Tradam Aegyptum in manus dominorum crudelium, & in Hebræo di- citur: Adonim Cafeth, quod interpretatur domino- rum crudelis, vel duri. Et ponitur substantiuum in plurali, & adiectiuum in singulari, cum deberet dici, Adonim Cafethim, id est, dominorum crude- lium, & tamen ibi non importatur aliquod myste- rium per illam mutationem numerorum, cum fiat ibi sermo de hominibus.

De antecedente, & relatiuo patet Iosue ca. 2. cum dicitur

Error po- nentiu pro- nas diui- nas ad inui- cem loquit, i. Genes.

Hebræi plc runque po- nunt plura- le pro sin- gulari sine mysterio.

dicitur de duobus exploratoribus Iudæorum dicit li- tera nostra. Tollens mulier viros abscondit eos, in Hebræo dicitur, quod tollens mulier viros abscondit eum, & tamen deberet dici abscondit eos, ibi autem non est aliquod mysterium, quare mutatio ista nume- ri fiat, cum non agatur de diuinis, ideo solum fit ex improprietate idiomatis.

Item si ad significandum suppositorum multitudi- nem, & vnitatem naturæ positum est Elohim in plu- rali, & verbum in singulari. Ita in omnibus alijs locis, quando poneretur aliquod nomen adiectiuum, & substantiuum simul de Deo, licet poneretur in plura- li substantiuum ad significandum supposita, adiectiuum semper poneretur in singulari, quia significat formam inherentem, quæ non multiplicatur. Et patet hoc ex modo idiomatis Latini. Nam licet sint tres personæ, & qualibet æterna, non dicimus, quod sunt tres æteri, sed vnus æternus. Non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens. Non tres imensis, sed vnus imensus, vt ait Athanasius in symbolo. Et tamen in Hebræo ponuntur interdum nomina adiectiuæ, & substantiua, simul de Deo dicta in plurali, vt patet Deutero. 5. vbi dicitur in litera nostra, quid est omnis caro, vt audiat vocem Domini Dei viuientis? Dicitur in Hebræo Elohim haijm, id est, deorum viuientium. Et tamen licet ponatur deorum pluraliter ad significandum supposita, deberet poni viuientis in singulari ad significan- dum vnitatem naturæ, quia viuens significat vitam, & vita non multiplicatur in diuinis per supposita, sed est vnica vita numero in tribus suppositis, & tamen iste modus loquendi frequentatur in Hebræo, quia sic etiam dicitur Iere. 23. in litera nostra, scilicet, Per- uertistis verba Dei viuientis Domini exercituum Dei vestri. In Hebræo dicitur, peruertistis verba deorum viuientium, scilicet, Elohim haijm.

Item patet hoc, quia si poneretur Elohim in plura- li ad significandum suppositorum pluralitatem, & creauit in singulari ad significandum vnitatem actus, & nature, quæ est principium actus, quando poneretur Elohim in plurali, & verbum in plurali significa- ret pluralitas suppositorum, & naturarum, & tamē ponitur interdum Elohim in plurali, & verbum in plurali, vt patet 2. Regū 7. in litera nostra dicitur, quæ est gens, vt populus Israel, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam sibi in populum. In Hebræo dicitur, quis vt populus tuus gens vna, propter quam iuerunt Dij ad redimendum sibi siue iuerunt Elohim. Sicut etiam dicitur Eccle. 2. ca. in litera nostra. Quis est homo, qui possit sequi regē factorem suum? In Hebræo dicitur, quis est homo, qui intret post regem, qui fecerunt eum, ecce quanta varietas. Si ergo per istam mutatio- nem numerorum aliquod mysterium in diuinis sicut in auctoritate Genes. scilicet, in principio creauit, & c. significaretur pluralitas suppositorum, & vnitas natu- ræ, ita in illa 2. Reg. 7. significaretur pluralitas sup- positorum, & pluralitas naturarum, quod est absur- dum, & in auctoritate Eccle. significaretur vnitas sup- positi diuini, & pluralitas naturarum diuinarum, quod est absurdus, & impossibilis.

Item patet, quia si in locis istis significaretur myste- rium aliquod pluralitatis suppositorum, & vnitatis naturæ diuinae, cum nihil sit vtilius, & magis necessa- rium nobis quam fidem trinitatis. probare ex veteri testamento, vt confirmetur doctrina noui testamen- ti, & vt confutetur perfidia Iudæorum, Hierony. qui transtulit Bibliam, & erat expertus in Hebræo ser- mone seruasset illud mysterium inter Latinos, ita vt manifeste appareret ex litera vnitas naturæ, & suppo- sitorum pluralitas, & tamen non curauit de illa mu- tatione numerorum, ideo apparet, quod intellexit,

Alph. Toit. in Opusc. de Sanctis. Trin.

quod nullum mysterium importabat. Nam in litera nostra dicitur, in principio creauit Deus, & non dicitur Dij creauit. Etiam in alijs locis vbi ponitur in He- bræo deorum viuientium litera nostra dicit Dei viuē- ris. Omnes autem istas mutationes litera nostra emē- dat, seruans numeros, & alias conuenientias adiectiu- & substantiu- relatiu- & antecedētis, suppositi, & appo- siti, ergo putauit eas non fuisse factas ex aliquo mys- terio, sed ex barbarie idiomatis.

Confirmatur hoc, quia licet sepius ponatur Elohim in numero plurali in Hebræo, litera nostra transfert in singulari. Et tamen Genes. 3. cum serpens dixit ad Euam eritis sicut Elohim scientes bonum, & malū, litera nostra dixit, sicut Dij in plurali, eo quod ibi si contingeret virum, & foeminam naturam diui- nam accipere, esset multiplicata natura diuina in eis, & ipsi essent sicut duo Dij, & non sicut vnus, sicut erant duo homines, & non vnus. In sapientia ergo magna est, & quasi insania velle per similes auctoritates con- uincere pluralitatem personarum diuinarum contra Hebræos. Vnde non immerito ab eis si sapientes sint possumus irrideri tanquam ignari, & ad pauca atten- dentes.

Nicolaus tamen in quodam libello, quæ fecit con- tra Iudæos vbi tangit istam questionem, putat se fir- missime concludere ex auctoritate ista, scilicet, In principio creauit personarum pluralitatem, & vni- tatem naturæ, & destruit obiectiones Iudæorum, & responsiones, ideo putat se sufficienter probasse.

Sed errat in duobus, primo quia non sufficienter confutat eorum dicta. secundo quia dato, quod bene solueret eorum argumenta non sequebatur, quod conclusio sua esset vera. Nam non tenet ista con- sequentia, scilicet, reus responder bene ad omnia obiecta actoris: ergo reus fouet iustam causam, quia potest esse, quod actor nesciat allegare de iure suo, vel deficiat ei copia eius iuris, quod scit se habere, & posset allegare, & reus respondebit faciliter ad al- legationes leues, & tamen fouebit reus iniustam causam, & actor bonam. Ita licet Nicolaus satisfacere argumentis Iudæorum, non sequitur, quod ipse veram teneat conclusionem, quia potest esse quod licet ipsi verum dicant, quia insipientes sunt non bene probent, quod probare poterant. Respon- sio autem Iudæi ad Nicolaum fuit, quod licet Elo- him ponatur in plurali non probatur pluralitas sup- positorum, quia quando accipitur pro Deo vero, ponitur plurale pro singulari, quando autem acci- pitur pro Deo non vero, aliquando accipitur pro sin- gulari, & aliquando pro plurali. Et quia ibi ponitur pro Deo vero, accipitur pro singulari, ac si dicatur in principio creauit Deus, siue El. Dicit Nicolaus, quod non stat, quia aliquando ponitur Elohim plu- rali pro Deo vero. Et ponit exempla, scilicet, Ie- remiæ 23. Peruertistis verba Deorum viuientium, si- ue Elohim Haijm, ecce ponitur ibi adiectiuum in plurali, ideo Elohim ponitur ibi pro plurali.

Item Iosue vltimo dicitur: Non poteritis seruire Domino, quia Deus sanctus ipse: In Hebræo dicitur, Non poteritis seruire Domino, quia Dij sanctus ipse, siue Dij sancti ipsi.

Item Isaia 5. in litera dicitur: Dominabitur tui, qui fecit te: Dominus exercituum nomen eius. In He- bræo dicitur: Dominatores tui factores tui.

Item 2. Regum 7. cum dicit litera nostra, quæ est gens, vt populus Israel, propter quem iuit Deus, vt redimeret eam sibi in populum. Hebraica dicit: Quis vt populus tuus Israel gens vna in terra, propter quam iuerunt Dij, siue Elohim ad redimendum sibi.

A 3 Item

Hebræorum responso aduersus Nicolaum de Lira.

Scriptura sacra Deo tribuit sæpe quæ faciunt An- geli.

Error Iudæorum de Deo, & An- gelis.

Item Ecclesiastes 2. dicitur: Quis est homo, qui posset (sequi regem factorem suam) Hebraica dicit: Quis est homo, qui possit intrare post regem, qui iam fecerunt eum in omnibus his accipitur Elohim in plurali pro Deo vero. Et sic dicit Nicolaus falsam esse responsum illorum Hebraeorum.

Allegat deinde aliam responsum in hoc super illa auctoritate Ecclesiastes 2. Nam cum dicitur: Post regem, qui fecerunt eum, dicit ibi quadam Glosa Hebraica, quod Deus, & domus consilij sui fecerunt hominem.

Item super Psalmo, Deus Deorum Dominus locus est, qui est Psalmus 49. est quadam Glosa Hebraica, & ponitur ibi nomen Dei ter, scilicet, El Elohim, & nomen Dei Tetragrammaton. Et quare illa Glosa, quare A saph conditor illius Psalms nominavit Deum ter, & dicit quod hoc est, quia Deus in tribus proprietatibus creavit saeculum. Ex istis duabus rationibus elicit Nicolaus pluralitatem immo trinitatem personarum. Nam dicit quod per Deum, & domum consilij sui intelligitur Pater, qui proprie vocatur Deus, & Filius, qui vocatur domus consilij, eo quod est verbum secretum Patris, & deinde Spiritus sanctus ex utroque procedens.

Ex secunda responsione elicit, quod sunt tres personae, quia dicitur, quod Deus in tribus proprietatibus creavit saeculum, scilicet, quod in divinis sunt tres personae, quae constituuntur, & distinguuntur tribus proprietatibus. Dicit tamen, quod posteriores Iudaei dicunt istas tres proprietates esse potentiam, sapientiam, & bonitatem, & ipse conatur hoc confutare.

Aliam rationem facit Nicolaus ad probandam intentionem suam, scilicet, quod fuit intentio Moysi auferre Israelitis occasionem idolatriae, ad quam valde erant proni, ut patet ex decursu Veteris Testamenti, si tamen loqueretur sic dicens Elohim in plurali, & non intelligeret per hoc pluralitatem suppositorum, daret occasionem cogitandi Iudaeis, quod erant multa absoluta in divinis, sive multi Dij. Ideo non est verisimile, quod Moyses voluisset vi tali modo loquendi, nisi per hoc importaret aliquod mysterium, scilicet, quod daret subtiliter intelligendum cognosci suppositorum divinarum pluralitatem, & unitatem essentiae.

Deinde Nicolaus allegat rationes tres Hebraeorum contra se. Prima est, quod accipitur numerus pluralis pro singulari, ut patet 1. Regum 28. in suscitatione Samuelis. Nam dixit Pythionissa: Vidi Deos ascendentes de terra, sive Elohim, & tamen manifestum est, quod solus Samuel erat, quia solum illum voluit suscitare mulier. Etiam quia dicitur immediate in litera, qualis est forma eius, & tamen si multi essent, diceretur, qualis est forma eorum.

Secunda ratio est de eo, quod dicitur Ezech. 40. scilicet, In die autem Calendarum vitulum de armento immaculatum. Et ponitur in Hebraeo tanimim, ac si dicitur vitulum immaculatum, quia tanimim est pluralis numeri, & ponitur vitulum in singulari.

Tertia ratio est, quae Cant. 1. dicitur: Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Ecce ibi muratur numerus, quia cum ponitur suppositum in singulari, scilicet, Trahe me, ponitur appositum in plurali, scilicet, curremus in odorem. Sicut ergo ponitur suppositum in singulari, cum apposito in plurali, ita e contrario ponitur in singulari cum supposito in plurali, sicut hic in principio creavit Elohim, &c.

Respondet Nicolaus ad primam, quod Samuel non suscitatus est solus, sed cum eo Moyses, ut daret sibi testimonium legis integre servatae, & locuta est Pythionissa de ambobus, scilicet, Vidi Deos ascendentes

de terra. Saul autem solum quaesivit de primo eorum, ideo dixit: qualis est forma eius.

Aliter respondet secundum August. qui tenet, quod non fuit vere suscitatus Samuel, sed magice, scilicet, in quadam forma eum representante, & demon familiaris mulieris illius comitabatur eum, & sic dixit, Vidi Deos ascendentes de terra.

Ad secundam auctoritatem dicit, quod cum dicitur vitulum tanimim, id est, immaculatum, non debemus dicere immaculatos in accusativo, sed immaculatum in genitivo. Nam nomina Hebraea non habent varietatem casuum, sicut nomina Latina, ideo eadem dictio non variata in literis potest esse sub habitudine nominativum, & genitivum, & omnium casuum, & sic potest esse tanimim, ideo dicit, quod erat statutum legis, quod in principio cuiuslibet mensis afferretur vnus vitulus, & ad hoc sacerdotes segregabant in aliquo loco prope templum duodecim vitulos immaculatos pro omnibus duodecim mensibus, & tunc in quolibet mense accipiebatur vnus vitulus de illis, & dicebatur vitulum immaculatum, id est, de immaculatis, scilicet, quia de duodecim immaculatis accipiebatur vnus.

Ad tertiam auctoritatem dicit, quod liber Cantorum secundum Hebraeos exponitur de Deo, & synagoga. Et quia synagoga est quadam congregatio vna, potest poni in singulari, & quia in illa congregatione multi sunt, ponitur in plurali, scilicet, curremus in odorem. per haec putat se Nicolaus sufficienter respondisse Hebraeis, & conclusisse, quod ex auctoritate illa, scilicet, In principio creavit Deus, &c. quod firmiter pluralitas personarum, & unitas naturae diuinae significetur ibi.

Sed dicendum, quod non stat. Et dicendum primo, quod illa responsio Iudaeorum est absolute vera, scilicet, quod Elohim quando ponitur pro Deo vero semper sumitur singulariter: cum autem sumitur pro Deo improprie dicto, indifferenter accipitur aliquando pro plurali, & aliquando pro singulari. Cum autem Nicolaus inducit auctoritates quasdam, in quibus ponitur adiectiuum in plurali cum isto nomine Elohim, & alias, in quibus ponitur verbum in plurali, dicendum quod nihil probatur ex illis, nisi quod istud nomen sit in numero plurali, & non sit Elohim singularis numeri, ac si aliquis dicere vellet, quod istud nomen Elohim est singularis numeri, sicut istud nomen El, sicut aliqui extimant. Nam tunc verum est, quod bene probat Nicolaus. Nam cum adiectiuum ponatur in plurali debet poni substantiuum in plurali, etiam cum appositum ponatur in plurali suppositum etiam ponetur in plurali. Et hoc concedendum est, quando istud nomen Elohim, pluralis numeri est, siue non.

Si autem velit concludere Nicolaus, quod non solum est nomen numeri pluralis, sed etiam significat rem pluralis numeri, scilicet, suppositorum multitudinem non concludit, quia tunc non solum sequeretur pluralitas suppositorum, immo etiam essentiarum diuinarum, quod patet in prima auctoritate, quam Nicolaus allegat, scilicet, peruertistis verba Dei viventium, sive Elohim hajim. Nam accipiendo illud adiectiuum proprie in numero plurali, necesse est, quod signaret plures viuentes, & sic essent plures vitae numero in diuinis. Et cum vita sit ens absolutum essent plures deitates, quod est impossibile: Cum ergo sit vnica deitas, & vnica vita, & esse, non debet concedi tres viuentes, vel plures viuentes, sed vnicus viuens, sicut dicit Athanasius, ut supra dictum est, quod non fiat tres aeterni, sed vnus aeternus, non tres omnipotentes,

Hebraei non habent varietatem casuum in verbis.

Pluralitas pronomini coeeditur in diuinis non tamen nominum.

Pluralitas verbi arguit pluralitatem non solum suppositorum, sed naturarum.

potentes, sed vnus omnipotens, non tres immensi, sed vnus immensus.

In alia auctoritate Iosue 24. scilicet. Non poteritis seruire Domino, quia Dij sancti ipse. dicendum etiam, quod non accipitur ibi Dij sancti sive Elohim quidam pro plurali, sed pro singulari, quia alias sequeretur, quod essent plures sanctitates in diuinis, & istud est impossibile, quia cum sanctitas sit forma absoluta vnica est, sicut vnica essentia vnica bonitas.

Secundo patet, quia si importaretur aliqua pluralitas in hoc, litera nostra tetigisset illam, & tamen posuit singulariter, dicens: Non poteritis seruire Domino, quia Deus sanctus ipse.

Si autem dicas, quod Hieronymus non aduertit ad hoc, ideo non posuit in numero plurali, sequuntur duo inconuenientia. Primum est, quod ipse non transiit veritatem sensus. Nam cum ibi significaretur pluralitas aliqua, transiit singularitatem, & iste est magnus error, quia sciremus Bibliam nostram in multis deficere a veritate.

Secundum est, quia sequitur, quod Beatus Hieronymus sit insipiens, scilicet, quia circa illa, in quibus magis fides nostra corroboratur ex Hebraeis libris, non transiit eo modo quo possemus firmiter contra Hebraeos arguere, sed eo modo, quo nihil possemus concludere contra illos.

Tertio probatur efficacius, quod illa litera non signet aliquid in plurali, quia dicitur in Hebraeo: Non poteritis seruire Domino, quia dij sancti ipse. Si tamen significaretur pluralitas saltem suppositorum, deberet dici dij sancti ipsi, & ponitur ipse singulariter. Pro quo sciendum, quod de diuinis melius possumus concedere pronomina in plurali, quam nomina, & causa est, quia si concedatur nomen in plurali de Deo significatur magis natura, quae tamen vnica est. Si autem concedatur pronomina significatur substantia, quae tres sunt. Ratio huius est, quia nomina significant substantiam cum qualitate. Est autem qualitas determinatio substantiae, quae reducit substantiam ad standum pro aliqua determinata natura. Pronomina autem significant meram substantiam. Est autem substantia materia forma compositum, & suppositum, ita vocatur substantia quodlibet substans: vnde concedemus in plurali pronomina de Deo, quia significant plures substantias, id est, plura supposita, vel substantias, sive hypostasies. Nam dicemus in diuinis de tribus personis isti, vel illi, vel ipsi, vel hi, aut idem, quae sunt pronomina, & non dicemus dij, vel sapientes, aut boni, quia ista, quae sunt nomina significant naturam. Illa vero, quae sunt pronomina, significant solas substantias, & tamen hic ponitur pronomina in singulari, quia dicitur quod dij sancti ipse, ergo non potest ibi significari aliqua pluralitas suppositorum, nec naturarum.

Ad aliam auctoritatem in qua dicitur: Quis est vt populus tuus gens vna in terra, propter quam iuerunt dij ad redimendum sibi. dicendum quod non ponitur ibi proprie plurale, sed pro singulari, quod patet ex litera nostra, quae posuit singulare, scilicet, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam sibi. Alio modo probatur efficacius, quia si ibi poneretur plurale proprie, non solum probaretur pluralitas suppositorum, sed etiam pluralitas naturarum, quia ponitur verbum in plurali, & tamen nec nos, nec Iudaei concedimus pluralitatem naturae: ergo illa pluralitas non importat aliquod mysterium, sed ponitur pro singulari ex barbarie idiomatis Hebraici.

Ad aliam auctoritatem, cum dicitur: Quis est homo, Alph. Tost. in Opusc. de Sanctiss. Trin.

mo, qui possit intrare post regem, qui fecerunt eum dicendum, quod illa mutatio numeri non importat mysterium: nam debet dici post regem, qui fecit eum, & dicitur post regem, qui fecerunt eum.

Et patet, quia si istae duae auctoritates in ista mutatione, numerorum pluralitate importaret aliquod mysterium, sequerentur inde magna absurda. Nam ex prima auctoritate sequerentur multae deitates, & multa supposita diuina. Ex secunda sequerentur multae naturae, & vnicum suppositum. Patet hoc, quia si aliquis velit probare pluralitatem suppositorum in diuinis per nomen Elohim in plurali, & unitatem naturae per singularitatem verbi, scilicet, Creauit, cum positum fuerit verbum in plurali, probabit naturarum multitudinem, & tamen in ista auctoritate, secundo Regum septimo, ponitur nomen in plurali, & verbum etiam, ideo significatur naturarum pluralitas, & suppositorum. Secundum patet, quia in auctoritate Ecclesiastes 2. ponitur nomen in singulari, & verbum in plurali, scilicet, post regem, qui fecerunt eum: ergo significatur unitas suppositi, & multitudo naturae, quod est absurdum. Ideo dicendum, quod si quis per illam auctoritatem: In principio creauit Deus, &c. velit probare iuxta Hebraeos multitudinem suppositorum, & unitatem naturae, & inducit auctoritates supra positas ad aliquam confirmationem suam, irridendus est, quia potius ex his probatur directe oppositum.

Cum autem Nicolaus tangit aliam responsum Hebraeorum, in Glosa illa Ecclesiastes 2. scilicet, Deus, & domus consilij sui fecerunt hominem. Et quod ex hoc innuatur Pater, qui vocatur Deus, & Filius, qui est domus consilij sui, & sic sit pluralitas in diuinis, dicendum, quod non stat ratio sua propter duo. Primo, quia non arguit nunc ex aliquo textu Veteris Testamenti, sed ex Glosa cuiusdam Doctoris, quae non est solida, quia quilibet Iudaeus poterit negare illam, sicut apud nos sunt inter Doctores multae opinioniones, & dicta Doctorum non sunt solida, nisi per probationem ex textu sacrae scripturae, vel ex aliqua ratione naturali.

Et licet dicas, quod Iudaei magis assentiunt Doctoribus suis, etiam non probantibus, quam nos assentiunt nostris. Dicendum, quod ad hoc non valet, quia semper adhuc licet eis contraire opinionibus illorum, sicut patet de Rabbi Abraham Aben Ezra, qui fuit inter Iudaeos subtilis Doctor, & tamen in multis eis repugnant. Immo eum damnant tanquam haereticum, scilicet, circa Sabbathi obseruationem, cum dicat, quod licet ignem succendere ad calefaciendum membra, sed non ad parandos cibos, ita ergo licebit contraire alijs Doctoribus suis, quando visi fuerint non recte dicere.

Secundo non concluditur, quia quamuis ex ista Glosaliceret arguere, non probaretur pluralitas Deorum. Nam cum dicitur, quod Deus, & domus consilij sui fecerunt hominem, non intendunt Hebraei significare Filium per domum consilij, quia volunt domum consilij esse aliquid distinctum a Deo, cum dicant, quod Deus sanctus, & domus consilij sui fecerunt hominem, sed significant Hebraei per domum consilij multitudinem Angelorum, cum quibus Deus videtur habere consilium, & tractare cum eis de rebus, quas acturus est. Et istud ostendunt Hebraei per illud, quod habetur Genes. 1. scilicet, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Nam loquens est ibi Deus, qui vnicus est, & loquitur ad Angelos, & loquitur per modum consilij, vel de liberationis cum eis, quia non dixit faciam, sed faciamus, quasi ex illorum consilio, vel arbitrio aliquo aliter, &c.

Opinio Auctoris, quod Deus locutus sit cum Angelis dicens, Faciamus, &c.

penderet, quod homo fieret, vel non fieret. Et istud verum est, quia Deus locutus est Angelis de hominis plantatione, sine scriptura significat Deum locutum fuisse de hoc, quia secundum veritatem Deus nunquam loquitur, nec loqui potest.

Et verum est, quod Deus, & domus consilij sui fecerunt hominem, accipiendo largē. Nam proprie nulla actio fuit, in qua Deus, & Angeli convenirent, quia illud esset ex impotentia alterius agentis, nec videretur quomodo duae virtutes distantes in infinitum in vigore, & in modo operationis convenirent in eadem operatione, sed Angeli formauerunt, & lineauerunt quandam statum de luto, quale est corpus humanū, Deus autem fecit illam statum esse veram carnem, ossa, & nervos, & vniuit ei formaliter animam, vt homo esset, & in ista operatione Dei non communicauerunt Angeli, quia ipsi nullo modo poterant hoc operando, vel adiuuando.

Cum vero tangit Nicolaus aliam Glo. super Psal. 49. scilicet, quod Deus in tribus proprietatibus creatum seculum, & vult istas esse tres proprietates constitutas personarum, dicendum quod non stat.

Primo quia non arguitur ex textu, sed ex Glo. quae non est omnino solida, vt supra dictum est.

Secundo quia dato, quod gloria esset solida, non probatur inde, quod sint proprietates personales, cū absolute dicat in tribus proprietatibus, & possunt intelligi proprietates illae absolute.

Tertio patet hoc, & efficacius, quod ille sint proprietates absolute, quia ipsi Iudaei dixerunt, quod tres proprietates, in quibus Deus creauerat seculum, potentia, sapientia, & bonitas.

Nicolaus autem arguit contra eos, quod non intelligatur de istis absolute, sed de proprietatibus personalibus, sed in hoc nimis videtur errare. Primo quia cū Glo. illa sit Hebraeorum, & ipsi velint sic intelligere dictum suum, non habet ipse locum arguendi, quia iugiter est mihi intelligere dictum meum qualitercunque voluero, siue bene, siue male. Secundo patet quia melius intelligitur secundum, quod intelligunt Hebraei, quam sicut intelligit Nicolaus. Nam ipsi ponunt tres proprietates absolute, quae non sunt distinctae realiter, quibus Deus creauit seculum, scilicet, potentiam, sapientiam, bonitatem. Morium namque Dei in ratione cause impulsue efficientis, & in ratione cause finalis est bonitas. De causa finali patet, quia finis quoddam bonum est, cum bonum sit, quod omnia appetunt. I. Ethic. bonitas ergo diuina fuit causa finalis creationis mundi.

Causa impulsua efficiens fuit etiam bonitas, quia Deus non est sicut aliqua causa naturalis, quae mouetur ab aliqua causa naturali, vel superiori, quia tales cause agunt de necessitate. Etiam non fuit motus ab aliquo sine extrinseco, qui non esset bonitas sua, quia istud etiam erat imperfectionis cuiusdam, scilicet, quia moueretur propter maius bonū consequendum, neque etiam motus est ex inclinatione materiae, sed fuit impulsus a bonitate, quae erat sibi intrinseca. Sic ait Plato in Timaeo suo, & recitat positionē istam Boet. 3. de Consola. metro. 9. scilicet.

Quem non externa pepulere fingere causa  
Materia fluitantis opus, verum in ista summi  
Forma boni lingue carens.

Idest, cause externe, scilicet, extrinsecae, quae sunt efficiens, & finis extraneus non pepulerunt, id est, non compulerunt fingere opus materiae fluitantis, id est, formare materiam fluitantem distinguendo eam per varias formas compositorum, sed in ista summi forma boni, scilicet, forma summi boni, id est, summa bonitas in ista menti diuinae carens luore impulsu Dei

ad formandum materiam. Ipsa ergo fuit causa finalis, & impulsua. Et sic bonitas fuit vna de proprietatibus, quibus creatum est seculum, potentia autem, & sapientia fuerunt aliae duae proprietates quasi instrumentales. Nam non crearet Deus mundum, nisi posset, nec crearet, nisi sciret, proprietates autem personales, quae sunt paternitas filiatum, & spiratio passiva nihil attinent ad creationem seculi, quia solum sunt ad productiones personarum, ideo dicitur, quod opera trinitatis ad extra sunt indiuisa, scilicet, quod omnes personae habent eandem operationem. Si tamen relationes originis, siue proprietates personales ad hoc prodesse, non esset eadem operatio omnium, ideo istae proprietates nihil attinent ad mundi creationem, ideo rectius dicunt Hebraei quam Nicolaus.

Ad aliam rationem, quam tangit Nicolaus, scilicet, quod intendebat Moyses euitare idolatriam, ad quam populus Hebraeorum erat pronus, dicendum, quod non sequebatur ex tali modo loquendi occasio aliqua idolatriae, cum iste modus veniret ex aliquo mysterio, sed ex sola barbarie idiomati. Et non solum talis modus loquendi esset in scriptura, sed etiam esset frequentatus apud Hebraeos in vsu vulgari, non ideo turbarentur, quamquam talem modum loquendi inuenirent, nec putarent per hoc significari aliquod mysterium pluralitatis, sed intelligi singularitatem. Et si Moyses deberet talem modum loquendi euitare propter occasionem idolatriae, potius deberent euitari alij modi, in quibus clarius periculum dabatur de credendo pluralitatem deorum, scilicet. Peruerit istis verba Deorum viuentium. Et illud. Non poteritis seruire Domino, quia Dij sancti ipse. Et illud. Propter quam iuerunt Dij ad redimendum sibi. Et illud. Quis est homo, qui possit intrare post regem, qui iam fecerunt eum? Nam in his omnibus apertius inuenitur pluralitas Deorum, & tamen tales locutiones non euitantur in sacra scriptura, sed potius frequentantur. Ideo non fuit inconueniens, quod Moyses poneret in ista auctoritate Elohim in plurali, & creauit in singulari, & non intendere per hoc significare aliquod mysterium, sed solum vnitatem Dei creatis. Esset autem causa errandi apud nos, si tales modi loquendi ponerentur in scriptura sacra, quia istas incongruitates non tolerat Latini sermonis proprietates, ideo putarentur posita ad significandum aliquod mysterium.

Item quod dicit, scilicet, quod Moyses locutus est sic, vt subtiliter intelligentibus inueneret suppositorum diuinitatem pluralitatem, & vnitatem naturae, non est verisimile, quia ista erat maior causa errandi. Nam si non eueniret hoc ex conditione idiomatis Hebraici, sed poneretur propter aliquod mysterium, esset maior occasio errandi, quia inter Hebraeos nullus erat, qui tantam obscuritatem intelligeret. Nam dato, quod Deus eis diceret verbis claris, quod in deitate erat multitudo suppositorum, & naturae vnitatis, non possent distinguere Hebraei inter naturam, & suppositum. Nec possent intelligere quomodo cum vnitatem numerali naturae staret pluralitas suppositorum, quia hoc etiam nos non valemus perfecte intelligere, quanto magis quod poneretur sub verbis ambiguus, in quibus posset significari pluralitas deorum in natura, & suppositorum. Non est ergo intelligendum, quod talem obscuritatem posuisset eis Moyses, potissime in exordio legis, ideo credendum est, quod nullum mysterium significabatur in hac, & similibus auctoritatibus.

Ad alias rationes Hebraeorum quas Nicolaus contra se adducit, dicendum quod bene concludunt. Prima est de suscitatione Samuelis. Nam verū est, quod

Solus Samuel suscitatus est, & tamen dixit mulier vidi Deos ascendentes de terra, i. vidi Deum ascendentem, & Samuellem. Ad secundum de dicto Ezechi. dicendum, quod etiam concludit poni numerum pluralem pro singulari, i. vitulum immaculatum, i. immaculatum. Ad tertium idem dicendum, i. Trahe me post te. Cantu. i. quia debet dici curram in odorem vnguentorum tuorum, & dicitur curramus. Responso autem Nicolai ad primam auctoritatem non stat, quia vult ponere duos ascendentes, & suscitatos. Na tenendo primam positionem, i. quod ascenderit Samuel, & cum eo Moyses, ridiculum est. Primo quia mulier intendebat suscitare vnum, quia dixit quem vis, vt suscitarem tibi; & Saul ait. Samuellem suscitauit michi. Non est ergo verisimile, quod duo suscitarentur. Secundo patet, quia suscitatione facta dixit Saul. Qualis est forma eorum? Si tamen essent multi, diceret, qualis est forma eorum? Tertio patet, quia siue ista suscitatio fieret opere Dei, siue opere demonis non suscitaretur nisi vnus. Nam si opere demonis, cum esset voluntas Pythoniſſe vnū suscitare suscitaret vnum, si autem opere Dei, etiā nō suscitaretur duo, quia Deus volebat fieri istam suscitationem, vt responderetur Sauli de morte sua, & tamen vnus fuit, qui respondit, ergo vnus suscitaretur. Quarto patet, quia ridicula est excusatio Nicolai, & Hebraeorum, i. quod Samuel solus vocatus est a mortuis, & tamē timens, quod vocaretur ad iudicium, adduxit secum Moysen in teste, quod custodiisset legē. Preſupponit enim multos errores ista responsio. Primus est, quod Samuel nesciret ad quod vocaretur, ideo putauit se vocari ad iudicium, & tamen dicendum est, quod ipse sciret ad quid vocatus est, quia necesse est, quod Deus reuelaret sibi tunc illud, quod responsum erat Sauli, i. cras tu, & filij tui mecum eritis, sed & castra Israel tradet Deus in manus Philistinorum. Reg. 28. sciret, ergo Samuel, quod suscitabatur ad respondendum istud Sauli quod reuelaretur, quia non poterat suspicari Samuel, quod vocaretur ad iudicium, eo quod iudicium, quod post mortē est, vniuersale est, iuxta illud loheli. 3. congregabo in vallem Iosaphat omnes gentes, & disceptabo cū eis, & tamen videbat Samuel, quod suscitabatur alij, sed ipse solus, & ob hoc ipsi dicunt, quod vocauit secū Moysen. Tertius est, quia vocatio ad iudicium vniuersale post mortē fit in reſurrectione, & tunc mortui in corporibus, & animabus venturi sunt. Samuel autem videbat, quod non suscitabatur in corpore, & anima, ideo nō poterat suspicari, quod vocabatur ad iudicium. Quartus est, quia dato, quod vocaretur Samuel ad iudicium, non debebat timere ad hoc, quod duceret vellet secum testem innocētie suae Moysen, & quia Samuel erat sanctus propheta existens in sinu Abrahae, & qui ibi erant securi erant de sua beatitudine, nec pauebatur aliquid mali, ideo dato, quod deberet iudicari, non suspicaretur aliquid mali contra se, ita vt inuocare vellet testem. Quintus est, quia omnino erat absurdum habere testem. Nam Samuel non erat reus, & non oportebat, quod produceret aliquos testes. Nam dato, quod nihil probaret de innocentia sua, dū tamen nō probaretur aliquid mali contra ipsam, daretur ei vita aeterna, quia ad condemnationē de crimine requiruntur probationes solidae, & luce clariores, potissime vbi tanta pena est infligenda, i. aeterna. Sextus quia in iudicio Dei nō sunt necessarij testes, immo nullus vnus testis est, quia Deus omnia clara videt, cū omnia sint nuda oculis eius ad Hebr. 4. & in omni loco oculi domini contemplantur bonos, & malos Prouer. 15. Etia quia ipse dixit, ego sum testis, & iudex dicit Dominus Iere. 39. melius etiam facit hoc, quia in iudicio suo non vitur testibus, iuxta illud Iſaia 1. i. non secundum visionem oculorum iudicabit, nec secundum auditum

Teſtes superuacui sunt in iudicio Dei.

aurium arguet, sed iudicabit in iustitia, & fortiori ergo in iudicio vniuersali in quo Deus iudicat in maiestate sua non erit vnus testium. Septimus est, quod si esset vnus testium, non proficeret ei inuocare Moysen in teste, qui esset singularis inductio, & secundum legem testimonium vnus hominis nullum eras faciendum planam probationem, potissime in rebus grauis preiudicij, vt colligitur Numeri 35. & Deut. 19. & tamē dicit, quod adduxit solum Moysen secum, ideo non erat hoc verisimile. Octauus est, quod significatur in responsione ista, quod fuerit liberum Samueli ducere secū Moysen. Nam dicunt, quod timuit, ideo induxit secum Moysen, quasi esset hoc in potestate sua, & tamen fallum est, quia non erat in potestate Samuelis ducere Moysen, nec erat in potestate Moysi exire de sinu Abrahae, quia animae corpore solute sunt in receptaculis certis, & non est eis liberum inde exire, quia iam non sunt in arbitrio suo. Nonus est, quia dicit, quod induxit Moysen, vt testificaretur de custodia legis. Sed hoc nō poterat facere Moyses, quia Moyses non vivebat, quando vivebat Samuel, ita vt testificari posset de eis, quae fecerat Samuel, sed melius poterant testificari alij, qui fuerant tēpore Samuelis. Nam Moyses nesciebat aliquid de his, quae fecerat Samuel nisi ei reuelaretur a Deo. Decimus est, quia non est verisimile, quod Moyses esset suscitatus cū Samuele, quia Moyses maxime auctoritatis inter Prophetas omnes erat, quia nō surrexit ei propheta similis Deut. 34. Etiam, quia fuit legislator, & in hoc excedebat omnes Hebraeos, ideo si ipse fuisset suscitatus cū Samuele, ipse fuisset principalis, & ipse fuisset locutus ad interrogationē Pythoniſſae, & tamen respondit Samuel, id videtur, quod nō suscitatus est cum eo Moyses. Et sic positio ista ridicula est.

Alia positio erat secundum Augustinum, i. quod non suscitatus est Samuel vere, sed magice factum, quod demon familiaris mulieri Pythoniſſae appareret, & quaedam umbra representans Samuellem.

Dicendum tamen, quod non stat, quia necesse est poni, quod vere fuerit suscitatus Samuel, vt probatum est lastime 1. Reg. 28. & tamen in hoc non erat inſectio nostra, quia siue esset suscitatus Samuel, siue duxerit loco eius, dum tamen esset vnus, qui appareret, est dicendum, quod etiam si iste esset demon vnus erat, vt patet ex rationibus supra allegatis, i. Pythoniſſa vnus voluit suscitare. Etiam quia Saul vnicum petijt suscitari, i. Samuellem, ergo Pythoniſſa suscitaret illum, vel alij loco eius, & non plures, & tamen dicitur ibi vidi Deos ascendentes de terra, & postea sequitur, qualis est forma eius? quasi esset vnus, & sic mutatur numerus.

Ad aliam auctoritatem Ezechielis de vitulo quando dicit, quod ponitur ibi tantum, i. immaculatum, & non in accusativo, dicendum, quod ista est fictio. Nam nihil tale fiebat secundum legem, i. quod poneretur duodecim vituli pro toto anno in vno loco, & inde tolleretur vnus. Nam licet quolibet mente in principio vnus immolaretur, tamen non custodiebatur isti duodecim sic, quia quotidie offerebantur multa sacrificia in templo, & non fiebat talis custodia. Sed dato, quod concederemus fieri talem custodiam vitulorum, adhuc non stat ille sensus Nicolai, quia si poneretur tantum in genitiuo plurali non esset adiectiuum illius nominis vitulij, sed per se substantiaretur, & tunc necesse erat, quod poneretur ibi dictio significans habitum casualem, & non ponitur. Nam in Latino, & Graeco variantur nomina per casus, & quilibet casus significat rem sub alia, & alia habitudine, quā an alius casus. In Hebraeo autem nulla dictio habet casus, ideo ad significandas habitudines casuales, praepouuntur non inibus singulis habitudines aliquae, vt cognoscatur

Animae solute corpore non habent in potestate sua exire de suis receptaculis.

Opi. Aug. falsa est circa suscitationem Samuelis.

Virtutes vna finita altera infinita non potest ad inuicem conuicere.

Angeli non potest mutare vnam speciem in aliam.

Bonitas diuina fuit causa finalis creationis mundi, & efficiens.

fur casus, & hoc verum est in substantiis, in adiecti-  
uis autem non ponuntur, quia adiectiua sunt in eis-  
dem casibus, in quibus substantiua, & tamen tanimim  
non ponitur sub aliqua habitudine genitiui, sed abso-  
lute, ideo necesse est, qd sit accusatiui casus, & adiecti-  
uatum cum illo nomine vitulum, & tamen variatur  
numerus, quia deberet poni in singulari.

Ad tertiam auctoritatem Cant. 1. Trahe me post  
te, &c. dicendum, qd bene variatur ibi numerus, & qua-  
do dicit Nicolaus, qd non mutatur, quia loquitur de sy-  
nagoga, dicendum, qd circa intellectionem libri Can-  
ticorum, de quo intelligatur, & an semper de vno, vel  
de pluribus, est maior questio, qd spectet ad presens,  
potissime, quia ex illa non pendet solutio dubij praes-  
entis, & tamen dato, qd intelligatur de synagoga mu-  
tatur numerus, quia verum est, qd synagoga multos  
continet, & tamen ipsa accipitur, vt vnum corpus, si-  
cut qualibet vnuerfitas, & tunc datus ei personam,  
& debet loqui vt vnus, & sic locuta est, cum dixit, Tra-  
he me post te: cum autem dixit: Currerem in odore,  
necesse est, qd intelligatur de multis distinctis, & sepa-  
ratis, & tunc loquuntur non vt synagoga, sed vt sin-  
guli, & hoc non stat, ideo dicendum, qd improprietas  
est locutionis. Ex his apparet, qd ex Veteri Testamen-  
to saltem ex illis auctoritatibus, quae communiter in-  
ducuntur, non potest probari personarum plurali-  
tas in diuinis.

CONCLUSIO SECVNDA.

Auctoritates ad probandum Patrem, & Filium, & Spiritum  
sanctum in unitate essentiae, quae vulgo adducuntur ex  
Veteri Testamento, non probant distincte.

**S**ECUNDA conclusio est, licet ex scriptu-  
ris veteris testamenti possit probari per-  
sonarum diuinarum pluralitas, nullo mo-  
do tamen probari potest distincte trini-  
tas. Ad huius euidentiam considerandum, quod  
quidam putant se sufficienter probare trinitatem per-  
sonarum diuinarum ex multis auctoritatibus, quarum  
aliquas allegat Magister dist. 2. primi est vna, quae ha-  
betur Psalmo 32. scilicet, Verbo Domini caeli firmati  
sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ecce ibi  
designantur tres personae in creatione, scilicet, Domi-  
nus, & verbum eius, & spiritus eius. Verbum filius  
est, & spiritus est ipse spiritus sanctus. Dominus au-  
tem est ipse pater. Ecce ergo non solum posita est  
personarum trinitas, sed etiam quasi ipsa tria nomina  
personalia.

Secunda auctoritas est Psal. 66. scilicet, benedicat  
nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & me-  
ruant eum. In hoc autem, quod ter nominatus est ibi  
Deus cum eodem verbo benedicat, videtur signata  
natura vnica in diuinis, & personarum pluralitas, scilicet,  
trinitas.

Tertia auctoritas est Isa. 6. cum vidit Isaias seraphim  
clamantia Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus  
Sabaoth, & refertur ibi ad Deum, & vocatur ter san-  
ctus: ideo videtur significari vnitas naturae, cum dicitur  
Dominus Deus, & personarum trinitas inquan-  
tum ter dicitur sanctus.

Quarta auctoritas est quantum ad duas personas,  
scilicet, patrem, & filium Psal. 2. scilicet, Dominus dixit  
ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Ibi  
agitur de Messia, & Deus dicit ad eum, filius meus es  
tu, ego hodie genui te, & sic Deus habet filium, & ta-  
men pater, & filius in diuinis non sunt duo Dij, quia  
vnicus Deus omnium est, ideo est vnitas essentiae, &  
personarum pluralitas.

**F** Quinta auctoritas est de filio, & patre Isa. 53. scilicet,  
Generationem eius quis enarrabit? Et agitur de  
Messia ibi, ideo Messias est Deus, quia aliis genera-  
tio sua poterat enarrari, si esset humana, & cum sit ge-  
nitus necesse est, quod ab altero sit genitus, ideo ne-  
cesse est saltem duas esse personas diuinas, scilicet, pa-  
trem, & filium.

Sexta auctoritas est Prouer. 8. vbi ponitur etiam  
generatio filij, scilicet, Dominus possedit me ab ini-  
tio viarum suarum, a principio, & ab aeterno ordinata  
sum, & intelligitur de filio, qui est sapientia genita.  
Nam ibi dicitur nondum erant abyssi, & ego iam  
concepta eram, ante colles ego parturiebar, & dicit  
se ista sapientia conceptam, vel genitam ab aeterno,  
ideo erit aliquid diuinum, & consequenter persona  
distincta a concipiente, vel gignente.

Septima auctoritas Eccle. 24. scilicet. Ego sapien-  
tia ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem  
creaturam, Ecce ergo sapientia nata est, & ab aeterno,  
ideo erit persona distincta a gignente. Nam non potest  
intelligi de sapientia essentialiter sumpta, quia illa non  
concipitur nec gignitur.

Octaua auctoritas est de alia persona, scilicet, spiri-  
tulanto Genes. 1. scilicet, Spiritus Domini ferebatur  
super aquas. Et loquitur de Spiritu sancto.

Nona auctoritas Psal. 138. scilicet, quo ibo a spiritu  
tuo, scilicet, a spiritu sancto, quasi dicat, non possum ab  
illo fugere, quia vbique est.

**H** Et Sapientiae primo. Spiritus sanctus disciplinae ef-  
fugiet scilicet, ecce vocauit ibi spiritum sanctum. Et  
Isa. 61. dicitur spiritus Domini super me, eo quod vn-  
xerit me, ille autem est spiritus Dei Sanctus, qui est  
persona tertia in trinitate.

Alias auctoritates addit Nicolaus in libello, quem  
fecit contra Iudaeos, & est vna. Psal. 44. scilicet. Sedes  
tua Deus in saeculum saeculi, virga directionis virga re-  
gnitui, ecce loquitur ibi Propheeta ad Deum cum di-  
cat sedes tuas Deus, & postea sequitur, Dilixisti iusti-  
tiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus,  
Deus tuus oleo legitiae. Ecce ergo Deus erat vnctus  
a Deo. Sed non est eadem persona vnctus, & quae vn-  
gitur, ideo erant saltem duo Dij, vel duae personae di-  
uinae, & quia Deus vnctus reperitur ibi, cum dicatur  
propterea vnxit te Deus, Deus tuus significatur duae  
personae, scilicet, pater vnctus, & Spiritus sanctus, per  
quem fit vnctio.

Alia auctoritas est Psal. 109. scilicet, Dixit dominus  
domino meo sede a dextris meis, ibi significatur duae  
personae, scilicet, Deus qui loquitur, & Dominus, ad  
quem loquitur. Et necesse est, quod distinguantur  
realiter, quia alias non diceretur vnus sedere ad dexte-  
ram alterius, cum idem non sedeat ad dexteram sui  
ipsius, & necesse est, quod intelligatur de Deo gi-  
gnente, & de Deo genito, cum ibi dicatur ante lu-  
ciferum genui te, id est, antequam esset lucifer matura-  
rinus. Illud autem non potest intelligi de aliquo ho-  
mine, quia omnes sunt geniti post luciferum, ideo in-  
telligitur de filio Dei, qui genitus est ab aeterno.

Alia auctoritas est Isa. 47. scilicet. Non a principio  
in abscondito locutus sum, ex tempore antequam fie-  
ret ibi eram, & nunc dominus misit me, & spiritus  
eius, & tamen ista verba sunt Dei, vt patet ex litera  
praecedenti, & ex litera sequenti, scilicet, haec dicit re-  
demptor tuus sanctus Israel. Ecce ergo ponuntur hic  
tres personae diuinae, scilicet, Deus, qui loquitur, & duae  
personae mittentes, scilicet, & nunc dominus misit  
me, & spiritus eius, & sic erunt hic tres personae, scilicet, pater,  
& spiritus sanctus mittentes, & filius missus.

Alia auctoritas est Eccle. 4. scilicet. Funiculus tri-  
plex difficile rumpitur. Et ibi dicunt Glo. Hebraice  
antiquum

antiquum mysterium trini, & vnus difficile discuti-  
tur, licet Iudaei moderni retorqueant hanc Glo. ad  
tria attributa diuina, scilicet, potestatem, sapientiam,  
bonitatem.

Respondendum, quod istae auctoritates, vel aliquae  
illarum aequaliter hoc persuadent, & tamen, quod  
omnino probent, ita quod recipiens sacram scriptu-  
ram tanquam solidam nullo modo dubitare possit  
de trinitate personarum non est verum, quia possent  
deduci ad alium sensum.

Ad primam dicendum, quod non solum non pro-  
bat hic trinitas, imo etiam non intelligitur auctori-  
tas de trinitate personarum, sed solum significatur  
vnus Deus, non sub ratione aliquid pluralitatis. Et  
cum dicitur verbo Domini caeli firmati sunt, est sen-  
sus, quod tanta fuit potestas Dei, quod non fabrica-  
uit aliquid manu sicut artifices, nec per tempora ali-  
qua expectauit, sed solum iussit, quod omnia fierent,  
& facta sunt, iuxta illud Psal. 148. scilicet. Quoniam  
ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt.  
Istam sententiam repetiuit Dauid eodem versu. Na-  
cum dicitur, & spiritus oris eius omnis virtus eorum.  
Id est ac si dicitur verbo Domini caeli firmati sunt,  
quia spiritus oris, & verbum idem sunt. Nam verbu  
vocatur spiritus, quia spiratur, id est, flatur. Nam flatus  
formatur, & fit verbum, & ista repetitio sententiae  
per alia verba fit ad pulchritudinem, & consuevit se-  
pe fieri in canticis, & prophetijs, & maxime in Isai-  
a sicut patet 2. Reg. 20. & 3. Reg. 12. quae nobis pars in  
Dauid, & quae hereditas in filio Isai? Et est eadem sen-  
tentia, quia Dauid, & filius Isai idem est, cum Dauid  
esset filius Isai, & pars, & hereditas etiam idem sunt,  
sed est pulchritudo quadam in repetitione hac.

Item patet, quod non potest intelligi hoc de spiri-  
tulanto, quia licet spiritus sanctus vocetur spiritus,  
tamen non vocatur spiritus oris, eo quod istud per-  
tinet ad filium, cum filius sit verbum, & dictus, sed  
spiritus sanctus non est verbum nec procedit pro mo-  
dum dicti, quae est conceptio intellectus, sed per mo-  
dum voluntatis. Accipitur ergo vtrunque pro verbo  
vocali tanquam Deus loqueretur iubendo, quod om-  
nia fierent, & tunc fierent.

Ad secundam auctoritatem Psal. 66. dicendum, qd  
nihil probat. Nam licet ibi repetatur ter nomen istud  
Deus, non probatur trinitas personarum diuinarum,  
nec Deorum, quia tunc si ponatur quater nomen Dei  
significabuntur quatuor personae diuinae, & hoc est  
absurdum, & tamen interdum repetitur saepe istud  
nomen Deus in eadem sententia.

Etiam non conuenienter infertur hinc aliquid, quia  
oportebat, qd cum eodem verbo non repetito pone-  
retur ter Deus. Nam omnes tres personae diuinae sunt  
vnus Deus numero, ideo vnus actus ei competit. Et  
sic vnicum verbum in singulari competit eis, verbu  
autem repetitum singularis numeri aequiuale verbo  
pluralis numeri non repetito, ideo non probatur ali-  
quid hinc. Item patet hoc, quia dicitur: Benedicat nos  
Deus, & repetitum est Deus noster, & tamen ad signi-  
ficandum tres personas, deberet poni Deus ter sine  
aliquo adiuncto facto terminis, vt sic videretur, quod  
non repetebatur terminus ad addendum, sed ad si-  
gnificandum rem distinctam, vt si diceretur, Benedi-  
cat nos Deus, Deus, Deus, & metuant eum oes fines  
terre. Ad tertiam auctoritatem Isa. 6. cum vidit Sera-  
phim clamantia Sanctus, Sanctus, Sanctus ter, dicen-  
dum, qd non significatur in hoc aliqua pluralitas per-  
sonarum diuinarum, sed solum significabatur, qd laus  
illa diuina repetebatur saepe. Nam die, & nocte non ha-  
bebant requiem dicentia, Sanctus, Sanctus, vt patet  
Apoc. 4. ergo non solum ter, sed etiam plusquam mil-

lesies dicebat Sanctus, Sanctus. Quod autem ista multi-  
plicatam repetitionem eiusdem significaret Isaias di-  
cendo potius ter Sanctus quam pluries, non fuit ex ali-  
quo mysterio, sed a casu, quia ita poterat dixisse qua-  
ter, vel quinquies. Ad quartam auctoritatem dicen-  
dum, qd in veritate Psal. ille 2. f. quare fremuerunt  
de Christo Messia intelligitur. Sic enim intellexerunt  
Apostoli, & illi, qui nouiter erant conuersi ad Christu,  
vt patet Act. 4. f. Deus, qui spiritu tuo per os Dauid  
pueri tui dixisti, quare fremuerunt gentes, & populi  
meditati sunt inania, asiterunt reges terre, & principes  
conuenerunt in vnum, aduersus dominum, & aduer-  
sus Christum eius. Conuenerunt enim vere in ciuitate  
ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum. Et ta-  
men non ex hoc constat manifeste contra Iudaeos,  
vel quoscumque alios recipientes scripturam veteris  
testamenti, qd intelligatur de Messia, & qd ille esset fi-  
lius Dei. Et quando dicitur in eodem Psal. Ego hodie  
genui te, ideo qd Deus habeat filium, dicendum, qd non  
sequitur ex hoc, qd Deus habeat filiu, qui sit Deus, sed  
potest intelligi de aliquo homine, sicut de Dauid, qui vo-  
cabatur filius Dei non naturalis, sed adoptiuus. Sic enim  
Deus vocat alios filios, vt patet Exo. 4. f. filius primo-  
genitus meus Israel, dimitte filiu meum, vt seruiat mi-  
hi, ecce vocauit Israel filium suum, & a se genitum, ita  
de Dauid dicitur, qd Deus genuit eum quando eum  
exaltauit, & illo die dicitur genitus. Ad quintam au-  
thoritatem de filio: Isa. 53. f. generationem eius quis  
enarrabit? quod dicitur intelligi de generatione aeterna,  
quia illam nullus potest enarrare.

Dicendum, qd et si intelligeretur de generatione aeterna,  
non constat, an de illa intelligatur, & consequenter  
non constat, qd Deus habeat filium, qd sit Deus: intelli-  
gunt tamen coeter hoc de Messia temporaliter nato, quia nul-  
lam aliam generationem concedit. Et cum probatur, qd  
intelligatur de generatione aeterna, quae dicitur, Quis enar-  
rabit? tamen temporalem generationem enarrare pos-  
sumus: dicendum, qd non ponitur semper talis locutio pro  
impossibili, sed frequenter pro difficili. Et sic verum est,  
qd generatio Messiae secundum carnem difficilis est enarrari,  
quod possit enarrari. Et patet hoc ex dicto Hieronymi,  
quod recitat per Magistrum dist. 5. primi Sententiarum, f.  
Sepe ponitur, quis, pro difficili, & non pro impossibili,  
vt illud: Generationem eius quis enarrabit? In quo appa-  
ret manifeste, qd voluerit intelligere de temporali ge-  
neratione, quia alias erat impossibile enarrari illam. Idem  
modus loquendi patet per Isa. 53. cap. f. Quis credidit  
auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum  
est? Et tamen manifestum est, qd aliqui credebant au-  
ditui Prophetae. Patet hoc ad Rom. 10. vbi Apostolus  
allegat auctoritatem istam, & dicit. Non omnes cre-  
dunt Euangelio. Et probat hoc auctoritate ista Isa. f.  
Quis credidit auditui nostro. Et sic significauit per hoc,  
qd aliqui credebat, licet non oes, & sic aliquid potest enar-  
rari de generatione Christi, licet plene non enarret, &  
sic intelligebat Iudaei illam auctoritatem, & sic difficile pu-  
tabat esse, qd quis cognosceret generationem Messiae, &  
ob hoc putabat, qd non veniret Messias pauci cognosce-  
rent eum, & nescirent de qua progenie erat. Sicut patet  
Ioan. 7. c. f. Christus cum venerit, nescimus vnde sit, sed hunc  
scimus, vnde sit, id concludebant, qd non erat Messias.

Vel potest intelligi generatio, non pro generatione, sed  
pro operatione, & sic dicuntur generationes aliquid  
operationes eius. sic patet Genes. 36. de Iacob cum dicitur:  
Habitauit Iacob in terra Chanaan in qua habitauit pa-  
ter tuus, & haec sunt generationes eius, & tamen in media  
te sequitur historia de Ioseph, & mala, quae passus est Iacob  
cum domo sua, & nihil ponitur de generationibus  
eius, id ponit ibi generatio pro operatione, & passio-  
ne: & sic ponit hic, Generationem eius quis enarrabit? i.  
quis

Generatio  
plerunque  
accipit  
operatione.

Quod repeti-  
tio nomi-  
nis Dei non  
arguit tri-  
nitatem p-  
sonarum.



quibus enarrabit mala, quibus passus est Messias, & bona, quibus fecit, & tanta fuerit quod nullus ea enarrare poterit. Sic enim dixit Iohannes 20. c. Multa alia fecit Iesus, quibus in hoc libro scripta non sunt: & non solum non scripta fuerunt, quasi Evangeliste voluerint ea omittere, sed quia et si vellet non possent illa scribere, ut patet Iohannes 21. f. Sunt & multa alia, quibus fecit Iesus, quibus si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, quibus scribendi sunt, libros. Recte ergo dicitur, quod generationem Messie, id est actus eius nullus enarrare poterit. Et iste sensus consonat magis illi, qui accipiendo generationem pro genitura, eo quod ibi fit mentio de actibus mirabilibus Messie, sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutesceret, & non aperiret os suum, & de angustia, & iudicio sublatas est. Et multa alia. Et tunc legitur: Generationem eius quis enarrabit? quod dicitur quod enarrabit actus eius? Ita mirabiles sunt, quod nullus sufficeret illos enarrare possit. Aliter poterit dici, quod accipiat generatio pro progenie, ab eo deriuanda, generationem eius quis enarrabit? & poterit enarrare multitudines stirpis Messie? Multos enim filios generabit per adoptionem, vel doctrinam legis. Nam quod docet ab alio filius eius vocatur in scriptura, cum dicitur Apostolus: Per euangelium ipse vos genui, ad Corinthis 1. c. Etiam dicitur: Filij mei, quos ego quotidie parturio, donec formet in vobis Christus ad Galatas 4. & sic Christus per passionem suam dedit initium euangelice legis, in qua fuerit plurimi sequaces, quos omnes vocant filij eius. Et ista generatio sua non poterit enarrari, quia nemo poterit enarrare omnes homines, quod fuerunt a principio, & erunt usque ad finem seculi sub Christi lege. Et iste sensus conuenit scripturae. Nam postquam ponitur passio Christi subditur: Generationem eius quis enarrabit? eo quod generatio illa uetula erat propter passionem Christi. Nam si Christus non fuisset mortuus non accepissent uisum, & sacramenta legis sue, nec fuisset publicata lex, sicut fuit. Item patet hoc efficacius, quod accipiat generatio sic, quia eo, quod postquam posuit est de passione Messie, & dictum est, generationem eius quis enarrabit, legitur. Si posuerit pro peccato animam suam uidebit semen longeuum, & uoluntas Domini in manu eius dirigetur. Istud semen longeuum, quod habiturus erat Messias, erat generatio eius, & ualde conuenit, quod dicitur generationem eius quis enarrabit? Et dicitur uidebit semen longeuum, nam semen longeuum non enarrari potest.

Si autem aliquis uellet intelligere de generatione eterna Christi non loqueretur aliquid ad propositum, quia in toto illo conuenit de passione Christi. Quid ergo intermisceretur uerbum de generatione eius eterna? quia nihil faciebat ad sententiam, ideo exponenda est auctoritas, ut supra. Ad sextam auctoritatem dicendum, quod illud non intelligitur de sapientia genita, quae est filius, sed de sapientia Dei, quae est substantialis diuina, uel humana, & creata. Et cum dicitur, quod illa genita est, & non competit hoc sapientie substantiali, quia illa, nec gignit, nec gignitur, dicendum quod ista ponuntur figurate in sacra scriptura. Nam si proprie acciperentur ista uerba, multa essent ibi, quae non conuenirent sapientie diuinae. Nam dicitur: Dominus possedit me in initio uiarum suarum. Et tamen sapientia diuina genita non possidet, cum non possit a Deo possideri, nisi quod extra ipsum est, res creata, sicut etiam homo non potest possidere aliquam partem corporis sui: nam nemo est Dominus membrorum suorum, ut patet. ff. ad legem Aquili. in l. liber homo. Item dicitur ibi. Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies, ludens coram eo, ludens in orbe terrarum, & delicti mei esse cum filiis hominum. Manifestum est tamen, quod in illa beata trinitate inter personas diuinas nihil tale est, sicut ludus. Nec est etiam delectatio illius sapientie diuinae genite esse cum filiis hominum, quia delectatio Dei in seipso est, quae est simplex, & unica, &

semper eadem, ut patet 7. Ethic. in fine. Et ob hoc semper uoluptuosus est, ut patet 12. Metaphysic. sed est Metaphora quaedam de sapientia tanquam sapientia sit aliquid creatum a Deo, quod Deus a principio creauerit, & fuerit cum eo in formatione rerum. Et patet, quod loquitur de sapientia creata, quia ipsam sapientiam uocat nos ad se, ut sequamur eam, & apprehendamus, & in non possumus apprehendere sapientiam increatam siue genitam siue ingenitam, quia illa habitat lucem inaccessibilem, & nullus hominum ad eam accessit uidentem nec accedere poterit, ut patet prima ad Timotheum 6. Et de hac sapientia facit Protopopetiam fingendo ei personam, cum personam non habeat. Et quia principium hominis est per natiuitatem, & generationem, dicitur sapientia concepta, sicut necdum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Et rursus. Ante colles ego parturiebar. Ad septimam auctoritatem respondendum est sicut ad precedentem, sicut sapientia ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam, ecce sapientia uocat se ibi de numero creaturarum, & tamen dicit se primogenitam ante omnem creaturam, quia necessitate erat, quod sapientia precederet omnem creaturam, quia Deus creauit omnia in sapientia, ut patet Psalmus 103. f. Omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua, ideo oportebat, quod sapientia precederet alia. Et quia si sapientia poneretur creata quateretur de ipsa, non tamen sapientia creata est, & necesse erat dici, quod non, & sic sola sapientia creata esset a Deo insipienter, ideo non dixit scriptura illam creaturam a Deo, sed dixit, ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Et tamen sapientia illa creata est, quia de ipsa dicitur ibidem, quod sequamur eam, & tamen non possumus eam comprehendere nisi sit sapientia creata, illa enim sola nobis comunicatur.

Ad octauam auctoritatem de spiritu sancto, cum dicitur spiritus domini ferebatur super aquas, dicitur, quod non intelligitur de spiritu sancto. Pro quo sciendum, quod ista auctoritatem intellexit Rab. Sa. de spiritu Messie, & putabat Messiam esse purum hominem, & spiritum suum ferri a principio super aquas. Sed ista insania est, quia presupponit, quod Messias erat purus homo, sicut unus nostrum, & tamen creditur, quod spiritus suus mouebatur super aquas a principio creationis seculi. Et istud non habet aliquam apparentiam, quia anima non formatur ante corpus, sed corpore organo in funditur in illud, & tamen Messias secundum eum nondum uenerat, & spiritus suus ab initio creationis seculi ferebatur super aquas. Item insania est, quod dicamus animam aliquam ferri super aquas, si nihil apponatur ad quid ferretur super illas, ideo istud tanquam ridiculum excludendum est. Doctores autem nostri, sicut Augustinus, & alij antiqui, & communiter moderni intelligunt hoc de spiritu Dei, & de cogitatione sua, quae ferebatur super aquas. Nam nomine aquarum intelligebatur tota materia, quae erat informis, apta tamen, ut inde aliquid formaretur. Et sicut artifex antequam de materia aliquid efficiat, cogitat quod de singulis eius partibus faciat, & tunc cogitatio sua fertur super materiam, ita cum Deus de materia informi formaturus esset omnia, quae sunt nunc in uniuerso, cogitabat quod de materia efficeret. Et tunc cogitatio sua, siue spiritus ferebatur super aquas, id est super materiam, quae nomine aquarum designatur. Dicendum tamen, quod isto modo non concluditur spiritus sanctus persona trinitatis, sed uocabitur spiritus Dei cogitatio sua, uel intellectus. Et si uelis dicere, quod ille spiritus, quo Deus omnia cogitabat, erat spiritus sanctus, non stat, quia cogitare pertinet ad sapientiam tanquam ad habitum, & ad intellectum tanquam ad potestatem. Filio tamen in diuinitate conueniunt ista, quia ipse uocatur sapientia genita. Ipse est genitus est per modum intellectus, cum uocetur uerbum patris, & uocatur etiam ars patris, sed spiritus sanctus est amor, & productus per modum uoluntatis, ad uoluntatem

Spiritus proprie significatur.

Anima cur spiritus dicitur.

Error Rab. Salomonis de Messia.

tatem autem non pertinet considerare, sed ad intellectum, ideo non ferebatur spiritus sanctus super aquas, sed magis filius ferretur. Non ergo poterit intelligi de spiritu sancto. Nec etiam poterit intelligi de cogitatione Dei, quod ferretur super aquas, id est super materiam primam cogitando quid de illa faceret. Sed dicendum, quod intelligitur de quodam uento misso a Deo super aquas ad desiccandum illas, uel saltem ad desiccandum terram, separatis aquis a terra. Pro quo sciendum, quod quoniam Deus creauit ab initio elementa, non erant bene distincta loco, sed aqua operiebatur totam superficiem terrae in circuitu, & Deus autem uoluit diuidere aquas a terra, ut maneret per se terra discooperata ad uitam animalium, & aqua cederet in concauitates terrae. Et ad diuisionem istam faciendam, & ad desiccandum terram, misit Deus uentum fortis, id est Aquilonem uentem, qui desiccaret aquas, & superficiem terrae discooperatam aquis. Et de hoc dicitur, spiritus Domini, id est uentus missus a Domino, ferebatur super aquas, id est flabat, uel mouebatur ad desiccandum eas. Et ista sententia satis conuenit, quia spiritus proprie significatur uentum, quia spiritus a spirando, id est flando dicitur. Et magis proprie dicitur spiritus ipse uentus quam spiritus, id est anima, quia non uocatur anima spiritus, nisi in quantum putabatur ab antiquis, quia anima erat status nocturnus, ut patet Sapientia 2. f. quia extinctus cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aer. Sic etiam accipitur sepe in scriptura, ut patet Psalmus 104. f. Spiritus procellarum pars calicis eorum, id est uentus imperuosus, qui est procella, & Psalmus 148. dicitur, & ignis, grando, nix, & glacies, spiritus procellarum, quae faciunt uerbum eius, id est uentus tempestuosus obedit ei. Sic patet in alia litera, quae dicitur, & uentus turbo, qui facitis sermonem eius, ubi nos dicimus spiritus procellarum, quae faciunt uerbum eius. Ecce accipitur spiritus, id est uentus. Et uocatur spiritus Domini, id est uentus missus a domino, quia ipse eum misit miraculose ad desiccandum terram. Item patet hoc, quia tunc stat litera magis plana, cum dicitur quod ferebatur super aquas, sicut in ueritate uentus ille mouebatur super aquas. Si autem acciperetur eo modo, quo acceperunt illi doctores nostri, uideretur esse metaphora uocando materiam primam aquas, & uocando cogitationem Dei de materia ferri spiritum super aquas. Et tamen nunquam recedendum est a cortice literae quantum potuerit sustineri sententia in cortice literae. Item patet efficacius ista sententia ex litera habraica, ubi dicitur uentus Domini siue spiritus domini flabat super faciem aquarum. Nam habetur sic. Ruach Elohim merachepeth ghal pene scamaim. Et tamen merachepeth significat flare. Et hoc non poterit intelligi de cogitatione Dei, quia illa non flaret, ideo intelligendum est de uento, qui poterat flare, & ille flabat super aquas. Doctores autem nostri solum moti fuerunt ex hoc, quia dicitur spiritus domini. Nam si poneretur spiritus absolute, putauissent eum esse uentum, & dixissent, uentus autem ferebatur super faciem aquarum. Quia tamen ponitur domini putauerunt intelligi de spiritu, quod est cogitatio. Causa autem, quare uocatur spiritus Domini, siue uentus Domini fuit, quod iste uentus a Deo missus erat miraculose ad faciendam istam desiccationem. Et quia erat uentus naturaliter productus, & faciebat opus ad quod Deus illum ordinabat, uocabatur uentus Domini. Sic etiam Num. 11. dicitur. Ventus autem egrediens a Domino arreptas trans mare coturnices detulit in castra. Quia ille uentus detulit coturnices in castra ex mandato Domini, dicitur uentus egressus a Domino, siue uentus Domini. Sed obiecitur, quod non stat ista positio, sicut uentus fuerit a Deo missus ad desiccandum aquas, & terras, quia istud supernaturaliter fieri poterat subito. Quomodo ergo expectaret Deus, quod successiue uentus desiccaret terram? Possibile est, quia ad hoc, quod uentus ille desiccaret terram, oportebat, quod ille miraculose a Deo crearetur, & posita naturaliter ageret ad desiccationem aquarum, &

terre, & sic essent duae operationes, ubi poterat effectus deduci per uiam. Dicendum, quod hoc non est inconueniens, quia frequenter sic Deus facit. Sic enim patet Exo. 14. cum Deus uoluit traducere Israelitas de Aegypto in desertum per mare rubrum. Nam desiccauit fundum maris diuidens aquas, ut flarent hinc, & inde aquae, ut ipsi transirent per medium pedes sicco. Ista desiccationem potuerat Deus subito facere, & tamen noluit, sed induxit uentum ualidum uentem tota nocte, qui desiccauit fundum maris. Cum dicitur. Cum exte-disset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante uento uehementi, & uentem tota nocte, & uentem in siccum. Ita ergo nunc licet potuisset subito sine uento diuidere aquas ab aquis, & conuertere superficiem terrae madentem in siccam, tamen uoluit facere mediante uento. Simile etiam est Num. 11. cum Deus uoluit dare Israelitis saturitatem carniuum, dando eis multas coturnices, quae erant ex alia parte maris rubri, potuisset eas deducere in castra Israelitarum sine uento, & tamen suscitauit uentum ualidum, qui arripuit eas, & dimisit in circuitu castrorum, cum dicitur, uentus autem egrediens a domino arreptas trans mare coturnices detulit in castra. Cum autem obiecitur, quod Deus poterat facere hic uenica actione istam desiccationem aquarum, ergo non est concedendum, quod fecerit per duas, scilicet per uiam naturalem, & aliam supernaturalem. Dicendum, quod quando constat de aliquo actu, & non constat de modo, debet poni modus leuior, qui poterit, scilicet per pauciores actiones, quia non est ponenda pluralitas sine necessitate, ut colligitur 8. Topicorum. Et tamen quoniam constat de actu, & de modo agendi, licet potuerit ille actus fieri facilius, non est arguendum de modo, & iam cogimur ponere pluralitatem ex necessitate. Sic in casu isto si constaret de desiccatione terrae, & non de modo, dicere deberemus, quod diuisio aquarum, & terrae desiccatio facta est subito Dei uoluntate, quia tamen constat, quod spiritus domini flabat super aquas, non est arguendum, quod poterat Deus facere leuius, quia Deus facit sicut uult, & ille est modus conueniens, quod est ei uoluit. De isto uento flante super aquas, dicendum, quod supernaturaliter causatus est, quia non poterat naturaliter produci. Nam uenti sunt de natura terrea, & tamen tunc terra erat uindicta; operata aquis, & non erat aliqua pars, de qua resoluerebantur uapores, uel exhalationes ad materiam aliquorum entium metheorologicorum sicut uenti, & pluuie. Item non poterat esse uentus naturaliter, quia desiccabat causam efficiens, scilicet calor solis. Nam calore solis resoluuntur uapores, & exhalationes de terra, & aqua, & leuatur ad primam, uel mediam aeris regionem, in qua omnia haec metheorologica fiunt, & tamen tunc non erat sol, quia sol factus est die quarta: Gen. 1. Et diuisio aquarum fuit die 3. eo. c. Necessarie erat ergo, quod iste uentus miraculose productus esset. Ad nonam auctoritatem dicendum, quod non accipitur ibi spiritus pro spiritu sancto, nec pro cogitatione, sed pro ira, sicut Quod uero ibo a spiritu tuo? quod fugiam ab ira tua, quoniam iratus fueris contra me. Et patet hoc ex litera ipsa, sicut Quod uero ibo a spiritu tuo, & quod a facie tua fugiam. Et tamen a spiritu sancto non est fugiendum, sed ab ira Dei, quia spiritus sanctus benignus est. Iohannes uocat spiritum sanctum, uel paraclitum, siue consolator, aut bonus. Sic dicit Magister 1. Soteriarius dist. 34. f. dicebat Deus esse spiritus, uel hunc spiritum. Et quia spiritus est nomen tumoris, & inflationis, ne humana conscientia conscia ad Deum formidaret accedere pro crudelitate sua, dicitur esse spiritus sanctus, uel spiritus bonus. Quod autem accipitur spiritus pro ira, patet illa 2. f. Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus est ipse, id est caueret uel recedere ab homine, qui habet iram in naribus, quod d. tales sunt ualde superbi, sicut dicitur ibi, f. quia excelsus reputatus est ipse. Etiam isti sunt periculosae conuersationis, propter frequen-

Ventorum materia, et causa efficiens.

frequentē iracundiā. Ad decimā auctoritatē, s. spiritus sanctus discipline effugiet fūctū. Dicēdū, q̄ ibi nō agit de spiritu sancto, q̄ est tertia persona in trinitate, sed de sapientia, quę acquiritur ab hoīe per doctrinā, vel de illa, quę a Deo datur. Et potissimē de data a Deo, q̄ ibi agit de sapientia creata, q̄ hoīes monētur apprehendere, & tñ si esset spiritus sanctus, nō possent illū apprehendere. Nā inaccessible est, vt ait Ambrosius. lib. 1. de spiritu sancto, & Magister 1. Sen. dist. 14. Etiā patet, q̄ nō loquatur scriptura de persona spiritus sancti, q̄ tñ vocaretur absolute Spiritus sanctus, & tñ vocatus est Spiritus sanctus discipline. Disciplina tñ magis cōuenit filio q̄ spiritui sancto, q̄ ille est sapientia patris. Ad vnde decimā, cū d̄r, spiritus Dñi super me, dicēdū, q̄ nō accipitur ibi spūs pro spiritu sancto, sed pro gratia gratis data, q̄ erat ad predican dū, & faciendū miracula, vt patet ibidē. Et cōsiderādū, q̄ in scriptura sacra spiritus dñi accipitur pro quacūq; gratia spirituali gratis data homini a Deo. Et sic spūs prophetię vocatur spiritus dñi, & audacia, vel robur. Sic patet de Saule. 1. Reg. 10. nā dixit ei Samuel, insiliet in te spūs dñi, & mutaberis in virū alterū. Et fuit sic, q̄ cū venit ad gregē prophetarū insilijt in eū spūs propheticus, & prophetabat cū alijs, licet esset insipiens. Sic ēt eo. li. 19. ca. fuit de nuncijs Saulis, quos misit ad tenēdū Dauid. Nā insilijt in eos spūs dñi, & prophetauerunt. Audacia autē, vel fortitudo animi, quę data est homini a Deo, vocatur etiā spiritus dñi, vt patet 1. Reg. 11. de Saule, q̄ insilijt spūs dñi in eū, cū audisset verba virosū Iabes Galaad, & iratus est furor eius nimis, diuisiq; virūq; bouē in frusta. Ibi vocatur spūs dñi audacia, q̄ ante hoc nō audebat pugnare cōtra hostes, & tunc subito tantā habuit audaciā, q̄ voluit ire contra hostes, & cōminatus est populo, si nō iret in signo irę. Et generaliter oīa dona Dei vocātur spūs, vt patet Isa. 11. f. Et requiescet super eū spiritus Dñi, spūs sapientię, & intellectus, spūs consilij, & fortitudinis, spūs scientię, & pietatis, & replebit eum spūs timoris Dñi. Et iste est spūs dñi, de quo d̄r Isa. 61. f. Spūs dñi super me. Nā ibi agit de Messia, & ēt Isa. 11. & spiritus dñi, q̄ super Messia venturus erat, ille septuplex spūs erat, vel donū, & nō spiritus sanctus, q̄ est persona. Ad auctoritatē primā Nicolai pro hac parte dicendū, q̄ secūdū veritatē intelligitur de Messia, & in hoc non multū discordabūt Hebręi, sed ēt si discordent non refert, quia non videtur necessariū, q̄ ponantur ibi due personę diuine siue duo Dij. Et cū d̄r, Sedes tua Deus in seculū seculi, & postea dirigitur sermo ad eūdem, & d̄r, Vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitie, ergo Deus vnxit Deum, sed Deus non vnxit se Deū, ergo vnxit aliū, qui erat Deus. Dicendū, q̄ ex ista litera videt hoc aliquo modo probari, & tñ Hebręi p̄nt respōdere ad hoc facilliter dicentes, q̄ hic est mutatio personę, ita vt dicatur sedes tua Deus in seculū seculi. Et loquatur hic Psalmista de Deo, & deinde conuertat se ad loquendū cū Messia, & sic erit sensus, q̄ a principio Psalmi filij Core loquantur cū Messia, quia illorum est Psalmus, deinde in versu illo. Sedes tua Deus, conuertant se ad loquendū cū Deo. Iterum autem conuertant se ad loquendū cū Messia in versu, in quo d̄r, dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitie. Et sic diceret, q̄ ille, qui a Deo vnctus est oleo lętitie non erat Deus. Et ista expositio satis est verisimilis, & multoties fit talis mutatio personę in scriptura, & potissime in prophetis, quia aliqui loquūtur ad vnum, & subito conuertunt sermonē ad aliū, & sic non seruat in eis continuata sententia, sed nunc ad vnū, nunc ad alterū conuertitur. Ad secundā de illo Psal. 109. f. Dixit Dñs. Dicendum, q̄ secundū veritatē intelligitur de Messia, vt Christus allegauit Mat. 22. q̄ probatur ibi Deus,

& homo, & tñ Iudęi forte nō concedent, q̄ intelligatur de illo, sed de alio. Et dato, q̄ intelligat de Messia dicerēt, q̄ erat purus homo. Et cum d̄r sede a dextris meis, quod non conuenit nisi Deo, dicēdū, q̄ accipitur secundū metaphorā. Nā secundū veritatē Deus non sedet, quia non est corporeus, nec aliquis pōt sedere ad dexterā eius, quia ipse non habet dexterā nec sinistram, sed d̄r sedere ad dexterā suā, i. in magno honore, vel in potioribus bonis, & istud posset alicui homini conuenire. Cum autē d̄r ante luciferum genui te, posset dici, q̄ posset intelligi de aliquo hoīe, q̄ a Deo genitus est per adoptionē siue exaltationē, quia illa die, qua quis exaltatur, d̄r gigni. Et licet nullus hominū ante luciferū fuerit, pōt poni tñ istud ad significandū magnum tempus a principio exaltationis, q̄ sicut vocatur aliquid eternū, quod durat quinquaginta annis, sicut id, quod terminabatur in iobelo Exo. 21. & Leui. 25. & Deut. 15. ita d̄r aliquid fieri ab eterno, vel ante luciferū, quod ab aliquo tempore ante hoc fit. Sic patet Psal. 71. qui Psal. est de Salomone intelligendus, quia titulus eius est in Salomone, & tñ ibi d̄r. Et permanebit cū Sole, & ante Lunā, & in generatione, & in generatione, s. nomē, vel fama Salomonis. Et tñ manifestum est, q̄ fama Salomonis, vel pax temporis eius nō poterat esse ante Lunā, quia nullus homo fuit ante Lunā, sed per hoc significatur magna duratio. Et tñ manifestū est, q̄ ibi ponat scriptura metaphorā, quia d̄r, ex vtero ante luciferū genui te, Deus tñ neminē pōt gignere ex vtero, quia Deus non habet vterū, iō nō est necesse, q̄ intelligatur secundū corticē literę, sed secundū metaphoram poterit accipi generatio pro exaltatione alicuius hoīs. Ad tertiam auctoritatē Isa. 48. in qua videtur sibi Nicolāus firmissimē pbare istam trinitatem personarū. Respondent quidam Hebręi, q̄ Isaias est, qui loquitur ibi, dicens. Nō in abscondito locutus sum. Et ad hoc volunt, q̄ Isaias, & oēs Prophetę fuerunt cū dño in monte synai qñ data est lex, & ibi receperunt prophetias suas, & postea publicauerūt eas varijs temporibus. Et sic intelligitur ex tēpore. anteq̄ fierēt ibi eram, & anteq̄ fierēt oīa hec, quę nunc pronunciantur ibi eram, s. qñ data est mihi propheta in monte Sinai, & nūc dñs misit me, & spiritus eius, i. nūc misit me ad denunciandū ista, quę denuncio. Sed istam positionem conatur destruire Nicolāus, s. q̄ Isaias, & alij Prophetę non potuerunt esse in monte Sinai ad recipiendū prophetias suas, qñ data est lex. Et hoc bene probat, iō nō est tenendū istud, q̄ insania est. Etiā q̄ litera repugnat huic expositioni: nā sequitur ibi. Hęc dicit redēptor tuus sanctus Israel. iō necesse est, q̄ referantur illa verba ad Deū. Alij exponunt aliter, non dicētes, q̄ Isaias, vel aliquis de Prophetis fuerit in monte Sinai ad recipiendū prophetiam suā, sed q̄ Deus reuelauerat Isaię multo tempore ante hoc ea, quę habētur in callo de captiuitate Babylonis, & tñ nō iusserat ei, q̄ diceret illa, nunc autē iussit, q̄ diceret. Et sic a principio, anteq̄ ista fierent, ibi erat, s. cognoscendo illa reuelatione diuina, & nunc, s. tempore publicationis misit eum dñs, & spūs eius, i. misit eum Deus ad denunciandū istud, quod cognouerat prius. Iste modus exponendi videbat conueniens, & facilius, & tñ non pōt stare, quia secundū hoc ista verba referuntur oīa ad Isaiam, & tñ necesse est, q̄ oīa, vel quędā referantur ad Deū, quia immediate post hoc d̄r. Hęc dicit Dñs Deus tuus redēptor tuus sanctus Israel. iō dicendū necessario, q̄ Deus loquitur, tñ postea mutatur locutio ad Isaiā. Et est sensus, q̄ Deus in callo denunciabat mala futura Babylonis, quę mala Deus ab eterno cognouerat, & in hoc dicit, q̄ excedit diuinatores Babylonios, quia ipsi non potuerunt cognoscere mala futura vbi a seculo, & predicere, Deus autē Israel

Errant Hebręi, quod omnes prophetę receperunt prophetias suas in monte Sinai.

cogno.

cognouit ab eterno anteq̄ fierent hec, & tamē noluit denunciare a principio per Prophetas suos, sed nunc nouiter in tempore misit Prophetas ad denunciandum. Et patet, quod ista sit intentio literę, quia dicitur ibi, ego ipse primus, & nouissimus, manus mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cęlos, congregaui omnes vos, & audite quis de eis nunciauit hac, quasi dicat, nullus de Dijs gentium nec de diuinis Babyloniorum potuit hac præcognoscere, & declarare, & tamen ego, qui sum primus, & nouissimus vidi omnia. Et tunc sequitur, non a principio in abscondito locutus sum, id est, a principio anteq̄ res istę euenirent, ego non locutus sum in abscondito, i. obscure, vel equiuoce tanquam incertus de euentu, sicut solent prædicere astrologi, & diuinatores, qui prædicunt res in vniuersali, vt patet per Ptolemęum in Centiloquio prima propositione, sed locutus sum calore, quasi sciens, eo quod ego cognoscebam res antequam fierent, & eram præsens illis. Et sic sequitur, ex tempore anteq̄quam fierent ibi eram, id est, anteq̄ euenirent eram præsens illis, & sciens ipsa.

Quod autem sequitur, (& nūc dominus misit me, & spiritus eius.) sunt verba Isa. & mutatur persona. Et est responsio ad obiectionem, quę fieri posset, scilicet, quomodo Deus dicit se sciuisse a principio, res istas anteq̄quam fierent, quia nunquam reuelatę fuerunt, nec audiuimus illas. Respondet Isa. Et nunc misit me dominus, & spiritus eius, scilicet, licet Deus cognouerit ista prius ab eterno, tamen non reuelauit ex tunc, sed nunc voluit me mittere ad reuelandum. Et dato, q̄ litera illa Isa. intelligi posset de Messia Deo, & de patre, & spiritu mittentibus eum, tamen magis videtur concordare superficialiter literę ista sententia præcedens, quam quod exponatur de Messia, & iudicetur inde personarum pluralitas.

Et si obijciatur, quod tota illa litera sit Dei loquentis, dicendum, quod non est, quia mutatur persona loquens sicut sepe solet mutari in Prophetis.

Sed obijciatur, quod licet ibi non probetur trinitas personarum, tamen saltem probatur pluralitas, quia dicit Isa. Et nunc dominus misit me, & spiritus eius, & sic sunt due personę.

Dicendum, quod non significatur pluralitas personarum, sed est magis repetitio sententię per alia verba, quia idem est dici Deus misit me, & spiritus eius misit me, sicut dicit Psalmus 32. & supra allegata est, scilicet, verbo Domini cęli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et tamen idem est verbum domini, & spiritus oris eius. Et sic cum dicitur dominus misit me, & spiritus eius, est sensus Deus misit me, cogitatio sua misit me, quia Deus cogitatione, & iudicio agit omnia, quę agit, cū non sit agens a casu.

Ad vltimam auctoritatem Nicolai pro ista parte dicendum, quod peccat in duobus, primo, quia non arguit ex textu, sed ex Glo. Hebraica. Secundo, quia Glo. illa falsum continet.

De primo patet, quia super illo verbo Ecclesiastes 4. scilicet, funiculus triplex, dicebat Glo. Hebraica, q̄ mysterium Dei Trini, & vnus non facile dicitur. Et dato, quod ista Glo. clare diceret trinitatem personarum, non erat firmum argumentum ex illa, eo q̄ non est textus sacre Scripturę, sed Glo. & cuiusque Glo. licet contraire, potissime cum aliqua Glo. asserat vnum articulum maximum non habito fulcimen to ex aliquo loco scripturę. Sic autem est de mysterio vnitatis essentię, & trinitatis personarum, quia non est aliquod maius, nec diffusius in tota lege. Quod ergo aliquis hoc sua auctoritate asserat non eliciens illud ex aliquo loco sacre scripturę, non est firmum ei assentire. Et forte licet aliquis Iudęus vellet, pro-

pter illam Glo. assentire nobis in trinitate personarū tamen alij negabunt, nec cogerentur illa Glo.

Secundo peccat in allegatione Glo. quia dato, q̄ Glo. Hebraica tantę efficacię esset cōtra Hebręos, sicut textus sacre Scripturę, quod tamen falsum est, tamē adhuc illa nihil probat, quia Hebręi intelligūt illam de trinitate attributorum, & non suppositorū, scilicet, quod Deus est trinus, id est habēs tria attributa, vel perfectiones, scilicet potentiam, sapientiam, & bonitatem, & ista tria attributa Dei non facile discutuntur quomodo in Deo sint.

Secundo principaliter non tenet argumentum Nicolai ex Glo. ista, quia illa non facit ad propositum literę illius, super quam est, scilicet, funiculus triplex difficile rumpitur. Et multi quidem nostrum errauerunt, & vsque hodie errant in auctoritate ista putantes inde probari trinitatem personarum diuinarum, sed valde infatuatus est sensus iste, quia litera est manifesta ex superioribus, & necesse est, quod intelligatur de societate trium hominum, quę magne commoditatis est. Nam ibi Salomon dicebat malum esse hominem esse solum, ideo dixit bonū esse, quod duo essent semper, & ponit vtilitatem istius societatis, & postea addit, q̄ si fuerint tres firmior adhuc, & vtilior societas est, quę nō dissoluetur facilliter. Et patet ex continuatione literę cum dicitur, melius est esse duos simul, quam vnum, habeat enim emolumentum societatis suę, si vnus ceciderit ab altero sulciatur. Vt soli, quia cum ceciderit, nō habet subleuantem, & si dormierint duo souebuntur mutuo, vnus quomodo calefiet? Et si quisquam præualuerit contra vnum duo resistent ei. Et sequitur. Funiculus triplex difficile rumpitur, id est duo resistent vni aduersanti, & tamen si tres fuerint socij melius erit, quia difficilius pugnabitur contra eos, scilicet, quia Funiculus triplex difficile rumpitur. Nihil ergo hic de personarum trinitate agitur. Et sic patet ex dictis, quod ex auctoritatibus veteris testamenti nō potest probari trinitas personarum diuinarum.

**CONCLUSIO TERTIA.**

*Euangelium, siue nouum testamentum manifeste probat trinitatem diuinarum personarum. Et quod contra Iudęos non est arguendum de personarum trinitate.*

**N**ouo testamēto manifestissime probat personarum trinitas, ita vt suscepta lege euangelica impossibile sit alicui negare trinitatem personarum. Patet cum Christus dicat se Deum, & esse filiū Dei, & dicat baptismum debere fieri in nomine Patris, Filij, & Spūs sancti. Et ēt, q̄ Spūs sanctus a p̄e p̄cedit. Et beatus Iō. dicit. Tres sunt, qui testimonium dant in cęlo, & hi tres vnum sunt. Et multa alia, quę allegare non conuenit, nam & pueruli hec cognoscunt.

Ex his sequitur correlariū, scilicet contra Iudęos perfidos, quandiu manent in suo errore cuiuslibet fidelis sapiētis, vel ignaro de personarū trinitate periculosum est arguere. Patet istud, quia sicut supra inductū est in probatione duarum conclusionum nō potest probari auctoritatibus veteris testamenti pluralitas suppositorum diuinorum, siue trinitas, ideo quando Iudęi vident nos arguētes ex talibus auctoritatibus, quę nihil concludunt potissime ex illa in principio creauit. Et ex illa faciamus hominem & c. irridebunt nos. Et putabūt, quod sicut ista cōclusionē potissime in lege nostra nos putamus habere ex veteri testamēto, & tamē nihil probamus, sed erramus valde in probatione, ita etiam putabūt de omnibus alijs cōclusionibus fidei nostrę, scilicet quod per errorem intro-



ducta

# Opusculum de Sanctis Trinitate.

ductæ fuerint non intelligentibus nobis dicta veteris testamenti, & putantibus accipere probationes ex illis. Et ex hoc magnum detrimentum, & vilipendiū patietur fides nostra in oculis Iudæorum, quia putabunt totam fuisse per errorem introductam. Etiam in oculis infirmoſi, & ignarorum fides infirmabit, & cum videant Iudæos insultantes nobis, & quod nos non sufficienter probamus dubitabunt de fide. Vnde quidam de eis, scilicet Ra. Aben Ezra in Gloſa ſua ſuper Gene. irriſit Chriſtianos credētes ſe probare trinitatem perſonarum ex quibuſdam auctoritatibus ex quibus ſecūdam veritatē nihil probant, ſed procedunt ex ignorantia ſermonis Hebraici. Vnum autem eſt, quod noſtrā imperitiā adiuuat cōtra Hebræos, ſcilicet, quod ipſi imperiti ſunt, nā non ſunt inſtructi circa liberales diſciplinās, nec circa Phyſicas, nec hñt modum arguendi dialecticum, nec etiam circa intellectum legis habent iudicium acutum, ſed ſicut dicit Apoſtolus 2. ad Corin. 1. velamen poſitum eſt ante oculos eorum in lectione veteris testamenti. Et ſic neſciūt ſe iuuare ex eo quo ſe iuuare firmiter poterāt ſaltem ad repellendum argumenta noſtra inſulſa, & tamen neſciunt cū excecati ſint, nobis tamen ceſſandum eſt a talibus argumentis cum nihil probent.

Modus autē contra Iudæos nō eſt, vt nos conemur eis probare ſingulos articulos, vel conſuſiones fidei noſtræ antequam cōuertantur, ſed quod probemus vnum, quo deducatur ad aſſentiēdū legi euangelicę, & ſic ipſi ſponte aſſentient ceteris, ſcilicet in lege noſtra eſt articulus de baptiſmo, de euchariftia, de vniuerſali iudicio, & reſurrectione, & de alijs multis. Nō oportet conari ad probādum ſingula horum Iudæis ex lege ſua, quia eſſet labor inutilis, & infinitus, nullus enim poſſet iſta neceſſario probare ex lege Iudæoſi, licet aliquo modo ex illa poterit ea defendere.

Sed, qui vult contra Hebræos diſputare, debet conari ſolum, vt probeſt Meſſiam in lege promiſſum veniſſe, & quod ille habebat poteſtatem dandi legē nouam, & quod illi tenebant omnes homines aſſentire, quæ ſatis poſſunt induci auctoritatibus veteris testamenti, quo factō compelletur Iudæus ex lege veteri tenere legem Euangelicam. Et tamen ſi illam ſuſceperit, aſſentiet omnibus articulis eius, & non oportebit, quod probentur, nec in hoc laboremus.

Ex prædictis etiam ſequitur aliud corollarium, ſcilicet, q̄ in veteri teſtamēto potiſſime in libris Moysi de trinitate diuinarum perſonarū nihil clare debuit dici. Iſtud patet ex duobus ſimul ſumptis. Vnū erat, quod Iudæi erant valde rudes. Secundum erat, quod ad idolatriam, & deorum pluralitatem prōpti erant.

Primum patet, quia Iudæi exeuntes de Aegypto erant valde rudes, quia erāt inſtructi in ſolis operibus manualibus, cum eſſent ſerui Aegyptiorum, & nullus eorum permittebatur vacare alicui ſpeculationi, vel vacationi ſcientiarum, ſed omnes cogebantur ad opera vilia terræ, ſcilicet in luto, & lateribus: Exo. 1. & 5. & ſic erant homines rudes nulli ſpeculationi apti, vnde nec ſciebant ſe gubernare, & ſic in exitu de Aegypto, cum iam manerent in deſerto, neſciebant ordinare poliitiā ſuam. Nam omnes erant habētes

vnicum iudicem, ſcilicet Moysen, & cum eſſent vltra ſextā millia virorū, nō poterat Moyses diſſinire omnes cauſas eorum, & erat a mane vſque ad vesp̄ram non ſumens cibum, & totus populus expeſtabat eum, vnde videns Iethro ſocer Moysi tantam deordinationem populi, dixit ad eum, ſtulto labore conſumeris tu, & populus qui tecum eſt, ſed acquieſce conſilio meo, & erit dominus tecum, & tunc conſilio Iethro ordinati ſunt in populo multi iudices, ſcilicet diſtinſta eſt tota multitudo per decanos quinquagenarios Centuriones, & tribunos, & ſuper omnes erat iudex Moyses, vt patet Exo. 18. & Deuter. 1. totus ergo Iſrael neſciebat ſe ordinare, & vnus vir Gentilis ſacerdos Madian ordinauit vnico verbo totū populū. Scđm erat, q̄ populus Iudaicus erat valde prōptus ad idolatriā. Nā cōuerſatus fuerat iter Aegyptios, q̄ colebant idola, & inde didicerūt colere illa, iō ſepe Deus diſſuadet Iſraelitis, q̄ non colāt idola, quæ coluerunt Aegyptij, de quorum terra exierunt, nec idola Chananeorum, in quorū terrā ingreſſuri erāt, vt patet Leui. 18. & Deutero. 29. Nec imitarentur cęremonias eorū in ſacrificijs: Deutero. 12. Nec dicat, ſicut coluerunt gentes iſtę Deos ſuos, ita ego colam, ſimile Deutero. 18.

Ex his autem patet, quod non debebat illis dici aliquid de Trinitate, quia cum illi eſſent valde rudes, & myſteriū de Trinitate perſonarū eſſet valde ſubtile, non poſſent aliquo modo concipere, ideo cū dicerēt pluralitas diuinarum ſuppoſitorū, crederēt pluralitatem deorum diſtinctorū, ad quod faciliter inclinaretur, quia erant prompti ad idolatriam, & apud Gentiles ſciebant eſſe deorum pluralitatem, ita putarent eſſe ſecundum legem Moysi.

Et dicitur, quod potiſſime debuit hoc euitari in lege Moysi, ſcilicet, in quinque libris eius, & hoc, quia libri Moysi fuerūt ſcripti in principio ſtatus populi Hebraici, quando Iſraelitę exierunt de Aegypto. Alij autem libri prophetales fuerunt ſcripti multo poſt, tempore Regum. Et ex hoc erāt due difficultates in libris Moysi potius, quam in alijs. Prima quia tunc Iudæi erant rudiores, quam cum dati fuerūt alijs libri. Nam cum ſcripti fuerunt libri Moysi omnino erant Iudæi rudes, quia tunc exierant de Aegypto, & minus intelligerēt de myſterio trinitatis, vel de quacunque alia ſpeculatione, quam alio quocunque tēpore poſt. Secunda, quia a principio erāt magis proni ad idolatriam, quam poſtea, cum tunc nouiter exiuiſſent de Aegypto, vbi coluerunt idola, ideo facilius tunc data quacunque occasione idolatrię inciderent in deorum pluralitatem, quam poſtea. Non ergo debuit ſcribi aliqd de myſterio trinitatis in libris Moysi.

Patet ergo ſatis deductum, quod ex auctoritatibus veteris testamenti non poteſt probari perſonarū diuinarum trinitas ſufficienter, & clare, nec aliqua illarum pluralitas. De hac vero trinitate, vel perſonarum pluralitate, an naturaliter probari poſſet latiſſime dicēdum erat. Quia tamē iſta eſt alia longa ſpeculatio, quæ præſens negotium vltra modum extenderet, alterius temporis inquisitioni relictum ſit, hic autem ſermonem concluſerimus.

Vnus gentilis ordinavit poliitiā Hebræoſi.



## ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI AVLENSIS

De Statu Animarum poſt hanc vitam,  
P R A E F A T I O.



Exordijs ſæculorum perquirenti mihi de humani generis conditione, infinitorum ſolida ſatis inductione collectum eſt, omnes requiem quandam appetere, labores autem data opera deuitare. Cui cum inquisitioni aliquandiu inſiſterem, factum eſt, vt ego quoque degeneri ocio reſolutus inerti quadam requie contorpeſcerem. Nec ea quidem, qua Iuppiter reſoluro mundo & dijs in vnum conſuſis: pauliſper ceſſante natura acquieſcit ſibi cogitationibus ſuis traditus. Nec tali quoque quali ſapiens in hoſtili cuſtodia coniectus, aut in aliqua gente aliena deſtitutus, vel nauigatione longa retentus, aut in deſertum littus eiectus ſine amicis relictus in ſeipſo reflectitur, ac in ſeipſum reconditur: tunc minus ſolus exiſtens cum ab omnibus ſolitarius deſertus eſt, res ſuas arbitrio componens ſuo. Sed quadam, quæ languentis ac degeneris animi eſt: ab ea, quæ quondam extiterat cordis nobilitate deſlectens, inepta atque incondita proſuſ requie eiſciebar. Huic cum ſoli ocio vacans eſſem, nulliq; liberi hominis intentus curæ, muſarum nuper cognitus chorus nunc quoq; denuo viſus eſt. Sed ab ea quidem facie multum diſſimilis, qua mihi quondam iuuenulo bicipitis Parnasi penetranti iuga, apud Pegafeos amnes ameniſſimi ac limpidi Caſtalij fontis in ipſo Helicone cōſtititſe conſpectus eſt, cum mihi ( multis licet precibus impetratum ) foelicibus illis choris admuſceri conſeſſum eſt, vbi ſacro illo ac multis ignoto frequentato circuitu, beniuola dignatione muſarum, ab ea, quæ cæterarum magiſtra erat Vrania, perpetuo virore florentem, nunquam deſluentibus ſolijs, lauream magiſtralem ſulcepi. Hic enim muſarum ſacer chorus, quamquam à nullo increpitus, ad terram tamen vultum meſtus deiecerat tenui rubore ſuffuſum. Et quamquam ſibi de nullo ( vt aſſolet ) turpi commiſſo ruboris materia, aut ingloriationis pararetur timor, me tamen conſpecto non mediocriter erubuerunt. Primò quidem de ignobili alumni ſui deiectione erubefcentes. Ad extremum doluerunt, quod eum, quem ad tantæ ceſſitudinis propitiæ thronum deuexerant, inerti quadam reſolutum quiete deſertis animæ viribus turpiter cernerēt ociari. Nec mora, ſacti chori ductrix Vrania omnium quaſi vno ore locuta, ait: Quid te alumne chariſſime, in quem totam ſpem conieceramus noſtram, vt per te cuncto innoteſceremus orbi, atq; celebri quodā præconio per omnia mortalium vulgaremur ora: in tantam animi ignobilitatem deiecit, vt inſulſa quiete laxatus, deſerto omni ſtudio probitatis, in ſolo degeneri ocio delecteris? Age iā, & animi ignito affectu indefeſſus quicquam

Alph. Toſt. De ſtatu animarum.

A agito,

De Sanctis Trinitate Opusculi Alphonsi Tostati Finis.

# De statu animarum post hanc vitam.

<sup>Animo ad magna anhelanti oia cedunt.</sup> agito, omnia percurrere, omnia se tibi debebunt. Nihil namque est, quod animo ad magna anhelanti non cedit. Cui ego (quamquam quid iuste contra hiscere possem non habebam) ne tamen prorsus elinguis mutusque viderer: hæc ut fortuito in mentem venerant, subterfugere ratus obieci. Iam me studiorum tuorum rædium tenet. Iam tam inutilibus, ac multiplicibus affectibus, & curis cedendum potius quam sistendum duxi.

*Semper ego auditor eram, nec vile visum.  
Vexatus toties ranci Theſeide Codri.  
Impune ergo mihi recitauerit ille togatas.  
Hic elegos impune, diem consumpsit ingens  
Thelephus, aut summi plena iam margine libri  
Scriptus & in tergo, necdum finitus Horætes.*

Nauseat enim anima mea super pedestres comedorum turbas vilibus ornatas saccis: tragædiarum cothurnatos detestor boatus: ampullosa superbo verba detonantes ore. Quid enim vilius eius carmine, qui tragico vilem certabat ob hircum? Mordaces quoque satyras non libenter aspicio. Quid enim si cætera studiorum tuorum delirantia singillatim iuuaret euoluere? Plura enim mendacia compta fuco reperiam, quam instantis opportunitas in medium proferri patitur. Et ut de cæteris taceam.

*Esse aliquos manes, & subterranea regna:  
Et Contum, & Stygio ranas in gurgite nigras.  
Atque vna transire vadum tot millia Cimba:  
Nec pueri credunt, nisi qui nondum are lauantur.*

Quibus illa mordacibus atque insulsis verbis quamquam iustam indignationem deberet: parum tamen vultu mutata, ait: Alumne, obijcienda quidem mihi, sed parcius ista. Et si vult licet collibitum foret tuis informibus impolitisque sermonibus vicem reddere iustam: magis sine temporum impensis tuum errorem convincere potes. Sed mihi admonentis & non mordaciter litigantis nunc mens est. Sed his alia discutiendis tæpeſtas sit, nec te tamen clangere rhetorico sermone volo, nec cothurnatis, pedestribusve comedorum admiseri choris. Nec Prometheum sublato furto ex æthere ignis ad caucaseas rupes pœnas pendentis, lacertato ac renascenti icore: cum Eschilo canas volo. Nec fallacem Pæſiphes bouem, fabrumque volantem: mendacemque Cretenſium inextricatis ambagibus labyrinthum: sollicita peruoluerè cura suadeo. Multaq; ad id accedentia genus, quæ tenerorum adhuc iuuenum solatia, non virorum solida studia sunt. De quibus tibi, quoniam olim peruagatum est, nunc admonendum nihil cenſeo. Sed ad aliud excellentius valde dicendi genus te hortatum esse volo, quo & tibi profus ingenij tui expertus vires, nobis autem promulgandi nominis, celebrandique per ora mortalium præconium quoddam sis. Age igitur, & iam moras discute, ociantem animum exue alicuius probitatis studio deditus. Cumque in his me auctoritate admonentis preſsum, & ratione conuictum inspicerem: ocio, quo resoluebar, discusso, penitus ad aliquod magnum acceptandum vires animi acui. Tunc enim multiplices subeunt curæ, sed in quam me prius verterem quærens: huic, de quo & si succinctè pro materiæ magnitudine nunc nostra defudabit oratio, me primo mancipandum dedi. Huius autem exordio bonum illud, quo cuncta sunt, & bona sunt, quoniam rationale est, atq; libertate, & non indicta necessitate agens, deprecatum esse volo me huic actui non labefactari concedere, aiens in hæc verba.

<sup>Deus est agens hinc a necessitate, sed a voluntate.</sup>

*O superexcellens lumen pietasque, bonumque  
Exemplar, summumque bonum, fontalis origo,  
Consistens solus, qui cuncta inuoluis in vno.  
Quem nihil externum tangit: tamen omnia tecum  
Mente geris: qua cuncta tenes, qua cuncta mouetur.  
Cuius ab influxu varia & molimina rerum  
Surgunt in varias te permittente figuras.  
Nam tibi se quot sunt, & habent: quod singula debent.  
Cum dederis cunctis quod habes: non desinit in te,  
Quodque ita vis per te consistunt omnia tecum.*

*Te licet ingenti celebrent numerosa boatu  
Carmina, & alti sono modulatur ad astra cothurno.  
Si Adaro, si præſens tecum tibi cantet Homerus,  
Elingues faciet tantarum copia rerum.  
Cum tua sint, quacunque facit mortalis egestas.  
Hoc mihi nunc duce te contingat rector Olympi,  
Ut cum nauta nouus ventosa per æquora curro,  
Inter Scylleam rabiem, sauamque Caribdim,  
Atque canes sculos, varia & portenta profundi,  
Securum liceat portus captare petitos.  
Da pater auxilium, menti illabere nostræ.*

*Quod*

# De statu animarum post hanc vitam. 2

<sup>Quod materia & fundamentum huius disputationis constituitur id quod ab Aristot. ponitur lib. primo Ethicor. scilicet Pronepotum autem fortunas.</sup>



**R**oemali quadam prælocutione conclusa, scilicet quam intendimus, executi uam secundam particulam apponamus. Nec enim diutius mihi immanèdum est interpretando, quæ dicentem occasio impulerit, cõmuni enim aliorum vimur iure de communibus autem

Id autem, quod orationis nostræ, quam vulgari quodam nomine repetitionem vocat, materiam aut fundamentum esse volo, habetur ab Aristotele nostro Ethicorum lib. 1. in cap. 15. Pronepotum autem fortunas. Et est Paraphus. Magis autè, scilicet: Magis autem fortassis inquirendum circa eos, qui defecerunt, si aliquo bono communicant, vel oppositis. Videtur enim ex his, si & redundat ad ipsos quodcunque, siue bonum, siue malum: fragile quoddam, & paruū, vel simpliciter, vel illis esse. Si autem non tale, & tantum, quod faciat felices eos, qui non sunt: nec eis, qui sunt, auferat beatitudinem.

<sup>Felicitatis notio est.</sup>

In primo libro Ethicorum Aristoteles de felicitate præcipuum tractatum agit, quoniam ipsa omnium agibilium humanorum principium finale, & motuum sit: quemadmodum in speculatiuis principia supponuntur: tãquam id, a quo totius illationis virtus est, & in agibilibus finis supponit, quo dirigimur ad omnia generã actionis, ut ait Arist. Ethicorum lib. 7. De hæc autem in præcedentibus diffiniat, quoniam ipsa est operatio secundum optimam virtutem in vita perfecta, id est, quod qui felix esse debet, oportet ut secundum optimam virtutem operetur. Et hoc in vita perfecta, id est usque ad completum vitæ studium operationibus. Huius autè gratia inquit, an si quis in operatione secundum optimam virtutem extremum clauderet diè, ac per hoc felix dicitur: & nepotes, aut pronepotes sui posterius calamitates incidunt, & conditionis vilitatem induerit, an aliquid ad diminutionem felicitatis iam defunctorum hoc agat. Vel si ad fortunarum celsitudinem pronepotes deueniant magnamque virtutis excellentiam induerint, utpote heroicum sortiti habitum, his qui in felicitate defecerunt, bonum aliquod addatur.

Cui correspondet valde repugnare rationi ac opinioni singulorum, pronepotum fortunas, vel infortunia ad eorum, qui mortui sunt statum nihil agere. Sic enim ait ait: pronepotum autem fortunas, & amicorum omnium nequaquam quidem conferre valde inamicabile videtur, & opinionibus contrarium.

<sup>Bonum est infortunium nihil differtur a bono, sed a fortuna.</sup>

In hoc autem Aristoteles non respondet vniuersaliter, sed dicit in fortunis, & infortunis magnam esse differentiam. Quædam namque fortunæ sunt, quæ valde magnæ sunt, & vitæ mutationem faciunt, quædam autem sunt parua fortunæ, & infortunia, quæ nihil de vitæ statu mutant. De harum autem particularum per singula pertransire infiniti negocij est, nec cuiquam extricabile. Dicendum tamen est de his, sicut de fortunis, & infortunis circa felices viuètes loquimur. Nam parua, aut fortuna bona, aut infortunia, istud dicam quidem, & omnino felicè nihil mutant, quæ tamen valde magna sunt aliquid addunt, vel conturbant. De mortuis autem ad pronepotes, vel amicos Alph. Toft. De statu animarum.

viuentes idem diffiniendum dicit, s. illos ex partibus fortunis, vel infortunis, mutari nihil, aut in maius, aut in deterius, si tamen infortunia, & eufortunia magna sunt, aliquid conferre videntur.

In hoc autem adhuc temporum distantia cõsideranda sunt. Nam in eis, quæ paruo tempore post ipsorum defunctorum mortem sunt: maior est ipsorum permutatio, siue in bonum, siue in deterius. In his vero, quæ longè post ipsorum felicitum occasum sunt, qualitercunque se habeant, non est talis permutatio. Huius fundamentum est, quoniam morientibus ex his, quæ nobis accidunt secundum rem nihil euenit. Secus secundum opinionem atque esse quod indubie morientes habent. Existimat autem Arist. quantum ad realitatem morientibus nihil prouenire ex his, quæ in vita manent, quamquam hoc fortassis falsum est, sicut infra vberius disseretur. Sed dicit malum, aut bonum nostrum morientibus prouenire, secundum quod ipsi in nobis esse quoddam habent, nam nos recordamur eorum, qui defecerunt atque de eis semper concipimus, an felices, vel infelices fuerint, & secundum esse illud, quod in nobis habent etiam eis permutatio quædam ex fortunis, aut infortunis magnis pronepotum, aut amicorum. Nam cum pronepotes, aut amici eorum, qui defecerunt magnis extolluntur bonis apud nos: bonum illorum illis qui mortui sunt, ad quos isti pertinent adactum esse videtur, quoniam eos nunc feliciores existimamus. Si vero pronepotibus, aut amicis felicitum defunctorum magnæ calamitates inciderint apud nos, eos qui in felicitate defecerunt, existimamus iam non, ita ut prius felices fore. Deinde Arist. in Parapho, quem in præſenti suscipimus volens hæc diffinire quæſtionem, dicit ad hoc, inquirendum esse, an mortui post obitum suum aliquid bonum, aut malum habeant: dolorem, s. vel lætitiã, aut similia, quæ vel passiones sunt, vel passionibus aliquid valde conforme. Ex hoc autè dicit Aristoteles cognoscendum esse, an ex his, quæ pronepotibus, vel amicis proueniunt, aliquid morientibus cõsequatur felicitatis, aut aduersi. Hac autè relicta quæſtione, quoniam apud philosophos altissime indaginis est, & fortassis nullatenus perſcrutabilis: dicit, quod si ex his, quæ apud viuentes accidunt, aliquid bonum, vel aduersum his, qui defecerunt consequatur, illud simpliciter valde paruū, & fragile est. Aut si secundum se aliquid pondus habet, ad eos tamen qui mortui sunt parum attinet. Ad eos igitur fragile valde est, ita ut non sit tanti ponderis, quod eis, qui felices sunt felicitatem vllatenus detrahere valeant, & his, qui infelices sunt felicitatem apponant.

<sup>Mortui nihil sentiunt de his, qui sunt circa nos secundum Arist.</sup>

Concludit igitur Arist. vniuersali quadam diffinitione, dicens quod ea, quæ apud pronepotes, & ceteros cognatos atque amicos sunt tam in fortunis, quæ eufortunis conferunt morientibus, etiam ea, quæ in operationibus sunt, qualiacunque tamen illa sint non tantum conferunt, ut eis, qui felices non sunt felicitatè apponant, & eis, qui felices sunt, detrahant felicitatè.

*Vtrum eis qui per mortem ab hac luce subtrahuntur, dicendum est aliqua bona, vel mala animabus perferenda manere post mortem. Quæſtio principalis.*

**A**d prædictorum autem euidentiore explationem, quæſtio subsequens ventilabitur, scilicet, vtrum eis, qui per mortem ab hac luce subtrahuntur, dicendum est aliqua bona, vel mala animabus perferenda manere post mortem.

<sup>Atque in mortem, & eis diffinitur, quæ minor est datus.</sup>

Duo præſupponit, s. animas ipsas post corporum mortem manere, quoniam non enti nullum, aut bonum, aut malum accidere potest. Alterum autem est aliquem

aliquem esse letorum, vel tristem distributorem, & arbitrum ipsi animabus post mortem datum. Nam cum ipse animam ex natura sua hoc non habeant, nisi fortassis apponatur qui eis hanc distribuat, animabus, post mortem, aut gaudere, aut supplicia manere impossibile est. apud eum igitur qui negauerit animas manere post mortem corporum, sed ipsas cum corporibus ipsis vna concludi defectu quæstio hæc locum habere potest. Nam si animam subsistere deficiente corpore negemus: nullum ei, aut prosperum, aut aduersum accidere possibile est. Idem autem si Deum esse diffiteamur. Si enim ad gaudia, & læta distribuenda arbitro necessarium est: neminem alium constitui ad tatum negotium licet, nisi ipsum rerum principem Deum, quem qui esse negauerit, pariter, quoque bona, aut tristitia animabus post mortem negabit accidere.

In quo considerandum est quosdam philosophorum, an Deus esset dubitasse, alios vero Deum esse totaliter, negauisse, quorum Diagoras, & Protagoras ob hoc indignissimi philosophorum, sic in hac re diffinierunt, vt alter Deos esse in dubium reuocaret, alius autem omnino non esse diceret. De his Lactantius de Natura Deorum libro 1. cap. 2. Horum quoque Epicurus est, qui omnino Deos esse negauit. De quo Augusti. de Ciui. Dei libro 19. Ita vt non immerito de his apud Psalmistam Psal. 13. & 52. dicatur. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Hi igitur de hac re nihil inquirent, quoniam non existente Deo, nullus qui gaudia, & poenas animabus post corporum interitum distribuere queat, est.

Hæc autem positio quoniam ineptissima est, in eam arguendo non expedit, per se enim eius liquet ineptitudo. Hos quoque Aristoteli conuincit 12. Metaphy. in fine: vbi processu quodam naturali agens de ordine, & principatu rerum ait, entia vniuersi nolle male disponi. Sed mala est pluralitas principum, bonus est ergo vnus princeps. Hunc autem qui super omnia vnicus præsidet: quicumque ille sit, nos Deum appellamus: Deum igitur esse patet.

Item non oportet in hos argumentorum multorum esse aculeos: Nam Deum esse, vt ab investigatione syllogistica aliquando quietiscamus, naturaliter cognitum est. Nec solum Deum esse, sed & inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt a creatura mundi intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius deitas. Ex hac igitur parte, quæstio proposita labefactari nequit, quoniam Deum esse cunctotum prodit assertio. Alij tamem philosophi sunt, qui quamquam Deum fateantur, animas tamen post mortem manere negant, quoniam eas tales substantias esse dicunt, quibus post corporum separationem manere impossibile sit.

Quidam enim animam nullam substantiam vere subsistentem esse dicunt, sed quandam corporis harmoniam, qua corpus in debito subsistit ordine. Hoc autem Aristoxenus poeta magnus, ac musicus dixit.

Alij animam cor esse asseruerunt. Alij vero cerebrum: alij sanguinem, alij aerem, quo spiramus. quorum positiones Aristoteli recitat 1. de Anima, & Tullius lib. 1. Tusculanarum quaestionum. Si enim horum alicui crediderimus: animam cum ipso corpore deficere atque ex hoc inane esse huiusmodi quæstionem satis constat. Si enim anima corporis harmonia sit, cum ipsa morte corpus resoluatur, animam remanere impossibile est, cum harmonia nulla sit in eo, quod corruptum, & prorsus corruptum est, cor autem, aut cerebrum, si animam asseramus, eam aliquando perituri esse satis patet. Nam cerebrum cum carnis quadam medullosa particula sit, dissolui necesse est. Cor

identidem corporis quoddam membrum est: ceteris igitur morte resolutis illud incolumiter residere satis falsum liquet. De aere autem iam nulli ambiguum fuerit si eum animam dicamus. Nam cum ipsa vita inspiratio, ac respiratio clauditur: animam igitur interemptam patet. Hanc tamen vulgatiorem positionem esse scimus. Nam cum inspirationem, & respirationem in omnibus viventibus cernant, in eis autem qui iam vita functi sunt hæc esse nullatenus patet: aerem igitur mollem spiritum atque respiratum esse crediderunt. Quam insipientes positionem tenuere, vt habetur Sapientia 2. Ab hoc enim in Græco idiomate nomen accipitur. Anemos namque eadem lingua ventus est. Iam autem qui animam sanguinem dicunt, quid ambigendum prolixius sit non habent: nam sanguinem in morte gelari liquet: in puluerem ac fordidam tabem post paululum conuertendum, quidquid igitur horum asserueris necesse est, vt animæ aternitatem, aut permanentiam post mortem tollas.

Has autem insipientium positiones reprobatur Tullius in 1. lib. Tusculanarum quaestionum animam immortalitatem confirmans, sed rhetoricis quidem passionibus magis quam naturalibus fulcimentis solidioribus, vtique fortassis idem inducere facilius valeremus, si id nunc conaremur, sed ad aliud tendendum est. Solidius autem Aristoteli more suo inducit animam immortalitatem: improbens antiquorum satis insipidas positiones in libris suis de Anima. Immortalitatem autem animæ, quoniam non est de conditione materiae, sed ab extra est, & diuina, omnes philosophi qui aliquid sapiunt confitentur, vt Plato Anaxagoras, Socrates, peripateticus Aristoteli, & Stoici generaliter.

PRIMA CONCLUSIO principalis.

Eorum, quæ in vita acta sunt bonorum, siue malorum restat animabus post mortem locus gaudij, vel dolorum.

Si igitur prima conclusio in hac materia. Eorum, quæ in vita acta sunt bonorum, siue malorum restat animabus post mortem locus gaudij, vel dolorum.

Ad huius conclusionis euidentiã considerandum est, quod catholici in hac parte tenent speciale positionem vltra quam omnes alij qualitercumque loquentes. Dicunt enim animas post mortem immortales permanere easque post multa tempora cum Deo placuerit ad diem iudicij a Deo assignatum ad corpora redituras, quod resurrectio vulgariter nuncupatur. Et tunc etiam si fidelium firma positio nihil vterius addidisset, satis liquebat post eam resurrectionem gaudium, aut tristitiam hominibus peruenturam. Sine his enim homini vita duci non potest. Quantum vero ad resurrectionem corporum speciale in catholicis est. Nulla enim philosophorum traditio hoc recipit, ideo cum Paulus apud Athenas in Ariopago philosophorum resurrectionem corporum prædicasset, delectati sunt primo viri illi Athenienses. permoti dulcedine eius, quod dicebatur, quia vere propositio ista delectabilis est ei, qui credit, vt patet prima ad Thessalon. cap. 4. vbi Apostolus iubet nos consolari ad iuniorum in colloquutionibus de resurrectione. Deinde videtes repugnare omnibus, quæ ipsi sciebant, aut scire se putabant, & his, quæ secundum naturam fieri posse existimabant, deseruerunt eum quidam de Stoicis, & epicureis cum seminatore verborum appellantes, id est, quod verba sola diceret nullam realitatem, aut veritatem continentia. Alij autem eum annunciatorem nouorum demoniorum prædicabant, quia Iesum, & resurrectionem prædicaret. De his Act. 17. cap. Resur-

Terra cur non moueatur.

Anima post mortem corporis semp intelligit.

Resurrectio autem a nemine philosophorum negatur, quia natura repugnet, quoniam nulli principio naturæ repugnet, sicut latissime induci possent, si ad hoc nostra flecteretur intentio, sed ob hoc eam fieri, aut futuram esse negant, quia nullum agens est secundum naturam, quod tantæ virtutis sit, vt resurrectionem corporum causet. Sic namque in naturalibus multa philosophi concedunt, quæ quidem fieri non repugnat, sed nunquam futura esse asserunt, quoniam nullam tantæ virtutis potentiam esse credunt. Sic enim nullus terram secundum se ipsam totam moueri credit includere contradictionem, cum quælibet eius particula moueri possent, & multa moueantur. Aristoteli tamen videtur in 1. de Cælo, & mundo dicere terram non posse moueri, quia non est aliqua potentia potens eam pelere de medio mundi. Sed & si nobis philosophi non assentiant in resurrectione corporum, quoniam ignorant infinitatem diuinæ potestatis, quæ mortuos suscitare possit, & immensitatem bonitatis eius, qua id efficere velit, tamen concessio, quod ipsi nobiscum sentiant, si animæ immortalitatem, satis inducitur, quod intendimus, saniam post mortem delectationem, aut poenas manere. Nam animæ manentes post mortem, etiam si non maneat in corporibus tamem intellectiue, & volutiue sunt, quia igitur aliquid volunt, aut illud assequuntur, aut non: si assequuntur, aut semper id tenent, aut non: si semper bonum, quod semel assequuntur tenent, delectari eas necesse est, quoniam ad boni consecutionem naturaliter sequitur delectatio. Si autem id bonum, quod semel assequuntur aliquando perdidissent, tristari eas atque penalitibus affici oportet, quoniam sicut aliquid nobis bonum presentia sua nobis delectabile est, ita & absentia sua tristitia inferat oportet, quoniam bonum, quod inerat, ablatum est.

Si autem animas post mortem manentes, quod volunt assequi non fateamur, necessarium est eas tristari, quia & in nobis viventibus tristitia est, cum quæ desiderauerimus, non eueniant.

Rursus autem anima post mortem intellectiua est. Intelligit igitur, quoniam ociofa non erit, quinimo mo semper intelligit: nam nullius carneæ molis oppressione grauabitur. Hic enim corruptibilitate corporis ab intellectu non impeditur, & retardatur iuxta illud Sapientia 9. c. Corpus, quod corruptum, aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem. Deposita igitur omni aggrauante corporis mortalitatis ineptitudine anima semper vacabit intellectiui. Nam intelligere secundum se delectabile est, & ipsa anima separata non habet aliquid, secundum quod fatigetur, quia non est potestas vnita iam corpori, sicut in nobis est, cum propter conditionem deficientium organorum fatigatio intelligendo causetur. Tunc autem, quia non fatigabitur semper intelliget. Tunc autem, aut id, quod intelligit est aliquid bonum ei, aut est malum. Si autem quod intelligit malum ei sit, necessarium est, vt in hoc tristetur cum malum sibi inesse sentiat, in quo est vera tristitia. Si autem quod intelligit bonum sibi sit, erit necessarius, vt intelligendo delectetur, quoniam bonum condelectarium est naturaliter potentia sensitiva, in qua est. Ex principijs ergo naturæ necessaria illatione inducitur cõcessio animæ immortalitate, penalitibus quibusdam animas defunctorum affici, aut gaudijs quibuscumque frui.

Cum de ceteris, quæ naturalia sunt, aut naturaliter quodammodo conditiones tangunt, Aristoteli, & si plenissime, & in omnibus sententiose tractauerit: de hac tamen re omnino subicit, san post mortem animabus gaudia, vel dolores vlli maneat, quod Alph. Toft. De statu animarum.

magis arguitur ex industria factum. Nam si id, quoniam de hoc agere non curaret, subiciisset, & si non plene, interdum tamen aliquid expressisset, de hoc tamem nihil vnquam dixerat. Videtur igitur non ex negligentia, aut inaduerentia dimisisse, sed ex electione subiciuisse, quod duobus incitamentis factum videtur.

Primo quidem ex Aristoteli magna prudentia, ipse namque vt ex singulis eius libris patet, in quocumque locum quatur solidissimis atque multum euidentibus vtitur rationibus, in materia autem de penis, & gaudijs animarum a corpore solutarum, & de locis poenarum, & gaudiorum, & de conditione eorum ambiguum valde est apud eos, qui solis naturæ innituntur fulcimentis, cum ex quadam Dei summi rerum iusti arbitri puenire debeat sententia. Et cum ipse liberum agens sit, diffinitum in his nihil naturaliter loquentibus asserui potest, sed reuelatione quadam hæc indigent, vt sciantur, cum nullius agentis liberi factum, quamquam secundum perfectam rationem dirigatur, plene antequam fiat cognoscere possimus. Aristoteli autem nihil tale inerat, cum solis rationis speculatiua, & practica principijs niteretur, sed si quippiam sibi reuelatum foret, velut alicui prophetarum, cui ipse firmissime assentiret tamen adhuc non tetigisset in syllogis ponens, sicut naturales, & metaphysicas, ac dialecticas plurimas posuit traditiones. Nam ipse solus hoc describerebat, quod manifestis probationibus induci poterat. Hoc autem quamquam sibi constaret, illud tamen aliqua syllogistica necessitate inducere non valebat. Prælegit igitur de his penitus subicere, quam aliquid semiple- ne enunciare.

Credendum est tamen eum de hoc aliquid intellexisse. Nam illi, qui naturali ingenio pollent: satis naturaliter iudicant hoc conueniens esse. Non enim rationabile videtur, vt actus humani, qui in hac vitam quam premiorum, siue in bono, siue in malo non susceperunt vicem, in æternum sic maneat, sed vt magis post resolutum morte corpus animæ eorum vices iustas accipiant. De hoc autem quid intellexerit, nihil refert.

Alia autem huius adhuc potissima causa est. Voluit enim Aristoteli veritatem introducere, atque eruditior esse: modorum tamen viuendi humanorum de- structor litigiosus esse noluit. Nam & si plene aliquid Aristoteli de hac re intellexisset, & id fortassis necessarius fulcimentis inducere potuisset, noluisse tamen, quoniam in hoc nimis repugnare videretur omnibus politijs, quæ tunc erant, quarum aliqua tunc conuenienter secundum illud tempus ordinata videbantur. Si enim post mortem bonum, aut malum aliquod inesse asseratur animabus: illud magis bonum esse, aut malum patet, quam sit id, quod in vita experimur: cum ea, quæ viuentes sentiunt bona, aut mala secundum corpus sint, quod non est principale in nobis post mortem, aut quidquid illud sit, siue bonum, siue malum, maius esse necessarium est, quoniam animabus aduenit, in quibus, vel totum esse nostrum est iuxta Platoniam assertionem, vel maior, & principalior pars nostri esse iuxta Aristoteli traditionem, vt patet 9. & 10. Ethicorum. Ideo hoc supposito cum maius bonum humanum post mortem sit, illa erat conuenienter instituta, & regulata politia, quæ inducebat homines ad hoc, vt post mortem bene se haberent. Eas autem, quæ ad hoc optime se haberent optimas esse pateret, quæ autem de hoc nihil attenderent inordinatissimas esse politias. Et quæ earum politiarum, quæ Aristoteli tempore consistebant nulla aliquatenus ad bonum illud, quod post mortem euenit, homines dirigebat, nulla bene statuta videretur. Repugnaret igitur in hoc omnibus hominibus, qui tunc erant præterquam Indis, qui pauci erant, &

Cur Aristoteli non locutus est de ista re astra separatarum.

Secunda ratio præbâs quare Aristoteli subicitur an anima post mortem gaudeat vel tristat.

hanc spem futura vite semper tenuerunt, quamquam inter eos Sadducei non credebant resurrectionem, nec spiritus aliquos, aut angelos concedebant, de quo Matthe. vigesimo secundo, & Actu. vigesimo primo, capit. deuitavit igitur Aristot. aliquid de statu animarum post mortem loqui.

Aliqui tamen dicunt Aristot. aliquid de statu animarum post mortem locutum fuisse, obijcientes nobis librum de Pomo, qui & de morte Aristot. nomen assumpsit, & est vltimus in paruis naturalibus eiusdem.

Cui respondendum est hunc non esse Aristot. librum, quod ex eiusdem factis stylo apparet. Nam liber de Pomo, nihil nisi quandam nullius ponderis historiam continet. Totus autem Aristot. stylus magis obscuritatis, & sententiarum difficultatibus repletus est. Distant enim inter se Aristot. & libri de Pomo sententiarum grauitate, & styli: velut si quis Tullianam, aut Demosthenis eloquentiam, cui vis barbarica vix verba sonare scienti conuaret.

Amplius, & in sententia patet: totus enim liber de Pomo sententis Aristot. in alijs libris repugnat. Nam ibi Deum Abraham, & Isaac, & Jacob concedit, & profert, quod ab omni philosophante profus alienum est. Nulla igitur ratione concesserim talem librum Aristotel. aliquam sententiam continere, sed magis ab aliquo Arabico confectus est. Stylus enim eius Arabicam redolet eloquentiam.

Aliquis autem fortassis dicit Aristot. foelicitatem, aut in foelicitatem post mortem posuisse, & consequenter poenas, aut gaudia animabus tribuisse. Sic enim in eo parapho, quem repetendum suscepimus haberi videtur, cum dicitur: (Quod si aliquod bonum, aut oppositum redundat his, qui defecerunt, aut illud leue est simpliciter, & fragile, aut saltem eis, qui hoc recipiunt: ita, vt non faciat foelices eos, qui non sunt, nec eis, qui sunt, auferat.) videtur ergo, quod aliquos ponit post mortem esse foelices, quibus non potest tolli foelicitas per quacunque bona, vel mala adueniant, & alios esse post mortem in foelices, quibus foelicitas prouenire non potest quantacunque mutatio fiat in pronepotibus, vel amicis viuentibus.

Huic respondendum est, quod Aristot. hoc non ponit afferens per hoc aliquam foelicitatem post mortem inesse, aut in foelicitatem: sed intendit de foelicitate, quae in vita est, scilicet, qd per ea, quae pronepotes, aut amici alicuius faciunt, aut suscipiunt, non efficitur ipse foelix, vel in foelix: scilicet, quod non tollitur eius praeterita foelicitas, aut in foelicitas. Et ob hoc introducitur ea quaestio, quam Aristot. mouet in primo Ethicorum in capit. (pronepotum autem fortunat.) cuius paraphum quandam repetendum assumpsimus. Posuerat enim conditiones foelicitum in vita, & foelices viuentes esse definiuit. Cuiquam tamen fortassis dubium videretur, an sicut nemo foelix dici potest quandiu uiuit, nisi in bono finierit: an sic post mortem dicendum foret. Et fortuna an in fortuna amicum, vel pronepotum foelicitatem eorum, qui foelices mortui sunt tollent: an eis, qui foelices non sunt foelicitatem apponerent. Dicit enim. (Quid igitur prohibet dicere foelicem secundum veritatem perfectam operantem, & exterioribus bonis sufficienter ditatum non contingenti, tempore, sed perfectum vita, vel apponendum, & victurum sic, & finiturum secundum rationem, quia futurum immanifestum nobis: foelicitatem autem finem ponimus, & perfectum omnino: si autem ita beatos dicemus viuentium, quibus existunt, & existet, quae dicta sunt: beatos autem, vt homines.) Constat ergo Aristot. eos solos beatos ponere, qui viuentes sunt: si autem

aliqui beati, vel miseri post mortem sint, nihil tantum patet.

Ex superioribus conclusum est, quod secundum naturam concessa animarum immortalitate necessarium est eas post mortem delectari, vel tristari, sed adhuc non constat secundum naturam hac concessa animarum immortalitate, quod post mortem dolores, aut amaritudines quascunque pro peccatis animae tolerant, aut pro bonis transactis actibus delectentur. In quo considerandum, quod quamquam Aristot. in hoc nihil exprimat: tamen ex verbis suis collectis in vnum necessario colligi potest, quod animae peccatrices post mortem peccatorum suorum poenas tolerant, & animae bonorum virorum gaudia experiantur.

Hoc quoque secundum naturam necessarium esse. Quod sic patet: animae post mortem si immortales manent, necessarium est, vt proprie animae sensu perintelligent, cum intellectu non sit potentia fatigabilis quando est separata a corpore: ergo nunquam fatigabitur non habens coherentiam ad conditiones organorum. Si igitur intelligunt aliquod bonum sibi, necessarium est, vt laetentur: si malum, necessarium est, vt tristantur, sed necessarium est, vt mali post mortem intelligant semper malum, & boni necessarium est, vt bonum sibi semper intelligant: ergo impossibile est, quin malorum animae post mortem tristantur, & doleant valde, & bonorum animae semper laetentur. Et hoc non euenit sibi ex aliquo alio, nisi pro peccatis: immo ipsa peccata inferunt eis istas poenas, quas compelluntur ferre ipsi, qui mali sunt. Quod patet, nam in viuentibus sic est, quod cum aliquis est cum alio delectatur, aut tristatur secundum ea, quae in alio reperit, & colloquuntur: cum autem solitarius, est necessarium, vt delectetur secundum ea, quae intra ipsum sunt, aut tristetur. Ideo si iste, qui solitarius est, bonus est, semper actibus bonis insistent, delectatur intra seipsum, quia veniunt sibi in mentem actus boni, quos fecit, de quibus non modicum delectatur: aduertit quoque praesentes actus bonos: sperat etiam similiter se in futurum meliora alia operaturum, ex quibus gaudijs immensis repletur magis ista recogitans, quam quando cum alijs est. Quo fit, vt qui valde boni sunt, magis velint solitarij interdum esse, quam cum alijs. Et hoc vocatur conuiuere sibi ipsi. De hoc Aristot. Ethico. libro nono, ait. (Etenim conuiuere sibi ipsi talis vult: delectabiliter enim ipsum facit operari. Etenim delectabiles memoriae, & futurorum spes bonae, tales autem delectabiles: & theorematibus mente abundant: condoleatque, & condelectatur maxime sibi ipsi: impenitentibus enim vt est dicere.)

Si autem aliqui mali sint, quando soli sunt, affliguntur: quoniam veniunt eis in cogitationem mala, quae fecerunt, & ea quae quotidie saediora patrant: sperant quoque se semper deteriora patraturos. Ex his autem nimis affliguntur, & seipso odio habent, atque fugiunt seipso, inquirentes alios, cum quibus communicent, ne sic doloribus magnis crucientur. Et cum non possunt totaliter deuitare istas cogitationes, seipso nimis exosos habentes, atque ferre non potentes, occidunt. De his Aristot. Ethicorum, libro nono, ait. (Quibus autem multa opera sunt, & dura, propter malitiam odiuntur, fugiunt viuere, & interimunt seipso, atque fugiunt. Recordantur enim multorum, atque difficilium, & talia altera sperant secundum seipso entes, cum alteris autem entes obliuiscuntur nihilque amicabile habentes nihil amicabile ad seipso patiuntur. Poenitudine enim prauis replentur, non vti que videtur pra-

prauus, nec ad seipsum amabiliter disponi propter nihil habere amicabile).

In animabus vero post mortem huiusmodi necessarium est esse, quoniam ibi maius conuiuere est ad seipsum quam hic, quia hic homines per locutiones, & alias quasdam corporales coactiones conuiuunt inuicem, & condelectantur, & contristantur de his, quae in alterutro sunt. In animabus autem post mortem, quoniam non manebunt corpora secundum positionem philosophorum, quam nunc discutendam suscepimus, necessarium est, vt animae magis sibi ipsi conuiuant, scilicet conuertentes se in seipso, & tunc necessarium est, vt animae bonorum in se conuerse cernant bona, quae fecerunt, quae in eis manent. Et de hoc intente valde delectentur. Rursus non reperiunt in se malum aliquod, quod earum delectationem impellet atque impedit. Oportet ergo, vt delectatio illa sincera, & permansua sit. Cum ergo huiusmodi animae in aeternum maneant intelligetes nunquam ab actuali intellectu cessantes nec fatigatae, & bonum suum quod est eas fecisse bonum cum viuabant, semper eis maneat: necessarium est, vt in aeternum sine aliqua intermissione delectentur, cum non possint intercidere eis aliquis actus tristabilis, de quo doleant.

In animabus autem virorum prauorum post mortem de conuerso fieri necesse est. Nam ipse intelligentes manent in aeternum, sicut animae bonorum, & quoniam sibi ipsi conuiuunt, necessarium est, vt de eo, quod in ipsis est delectentur, vel tristantur. Et quia malorum animae post mortem in seipso non possunt reperire bonum aliquod, in quo delectentur, sed solum mala, & facinora, quae dum viuere patrauerunt, necessarium est, vt illa cogitent multum doleant. Et adhuc amplius intensiusque dolebunt quae mali homines de seipso in vita, quando eis in memem veniunt quacunque peccata scelerata, quia homines in vita habent quaedam desideria passionalia, secundum quae feruntur in malum quoddam apparens eis delectabile, & facinora. Ratio autem, & intellectus in eis sunt, quae in optimum deferuntur iuxta Aristot. i. & 9. Ethicorum. Si igitur isti habentes partem affectiuam repugnantem parti rationali, tantum de peccatis sceleribus interdum dolent, quantum magis dolebunt animae post mortem: in quibus non est aliqua pars affectiua, sed solum intellectus, & voluntas? Nam tunc nihil est quod impedit intellectum, & voluntatem a dolore malorum patrorum, & odio quodam, necessarium est igitur, quod tunc ratio nostra in immensum pro patris malis doleat, & tamen homines viuentes quando multa valde mala fecerunt, eorumque recordantur, interdum occidunt seipso non potentes se tolerare. Quis ergo aut quantus erit dolor, quem necessario habebunt illae animae misere, quae hinc cum magnis sceleribus recesserunt? Necessarium est, quod iste dolor maior sit quam mors, & cum ista angustia sit eis continua, & vti que in aeternum, quia non est in potestate earum non intelligere, aut recordari hoc, necessarium est, vt in animabus miseris peccatricibus post mortem maior maneat dolor semper quam sit mors. Vnde vellent ipsae miserae animae mori si possibile esset, ne tantis, & tam diuturnis afficerentur malis.

Quod autem secundum naturam sit necessarium animas decedentes in peccatis desiderare mori, si possibile eis foret apparere, quoniam secundum naturam bonum appetimus, & maius bonum magis appetimus, sed magis bonum est minus malum respectu maioris mali: propositis igitur quibus malis, necessarium est secundum naturam, vt illud, quod nobis minus malum esse iudicatur, appetamus, sed maius malum est probatum esse dolorem, quem in quotidiana perpetuaque patrorum malorum memoria animae peccatrices post mortem sustinent, quam quacunque mors: ergo necessarium est, quod magis vellent mori quam viuere in illo acerbissimo diuturnoque dolore.

Quod si dicas animas decedentes hinc cum sceleribus posse post mortem euitare cogitationes atque memoriam scelerum, vt non tristantur de eis, solutio stare non potest. Nam tanta libertas est anime nostrae in vita quanta post mortem est, sed in vita illi, qui sceleratissimi sunt quando soli sunt, non possunt euitare memoriam scelerum suorum, ideo fugientes tristitias, quae sunt in communicando sibi ipsi, fugiunt seipso quaerentes alios, cum quibus communicent. Et si non possunt semper alios habere, cum quibus communicent, nec suam possunt memoriam facinorum deuitare, interdum occidunt seipso. Sic igitur inerit animabus post mortem, quod non poterunt deuitare memoriam praeteritorum malorum.

Nec inest eis remedium quod viuentibus est, quia in viuentibus si ad alios communicatio nobis sit, aliquo modo tollimus, aut lenimus dolores, & angustias infitas nobis, animabus autem in alterutrum communicatio nulla est, sed sibi ipsi vacant, ideo necessarium est, vt semper illis afficiantur angustias, quo fit, vt necessarium sit eam miserabilem nec tamen miserandam animam, quae hinc magnis cum sceleribus decessit, in aeternum patrorum scelerum affligi dolore, non potentem illam memoriam deuitare.

Haec autem altissime speculatum philosophorum sententia, scilicet, quod ipsamet bona nullo alio addito sibi praemia sunt, & ipsa scelerata sui ipsorum poena sunt, cum ipsorum bonorum factorum memoria nobis delectationem, qua in aeternum gaudere necesse sit, tribuat: & ipsa perpetrata scelerata angustias amarissimas nobis influant, quas pati necesse sit in aeternum.

cessarium est secundum naturam, vt illud, quod nobis minus malum esse iudicatur, appetamus, sed maius malum est probatum esse dolorem, quem in quotidiana perpetuaque patrorum malorum memoria animae peccatrices post mortem sustinent, quam quacunque mors: ergo necessarium est, quod magis vellent mori quam viuere in illo acerbissimo diuturnoque dolore.

Quod si dicas animas decedentes hinc cum sceleribus posse post mortem euitare cogitationes atque memoriam scelerum, vt non tristantur de eis, solutio stare non potest. Nam tanta libertas est anime nostrae in vita quanta post mortem est, sed in vita illi, qui sceleratissimi sunt quando soli sunt, non possunt euitare memoriam scelerum suorum, ideo fugientes tristitias, quae sunt in communicando sibi ipsi, fugiunt seipso quaerentes alios, cum quibus communicent. Et si non possunt semper alios habere, cum quibus communicent, nec suam possunt memoriam facinorum deuitare, interdum occidunt seipso. Sic igitur inerit animabus post mortem, quod non poterunt deuitare memoriam praeteritorum malorum.

Nec inest eis remedium quod viuentibus est, quia in viuentibus si ad alios communicatio nobis sit, aliquo modo tollimus, aut lenimus dolores, & angustias infitas nobis, animabus autem in alterutrum communicatio nulla est, sed sibi ipsi vacant, ideo necessarium est, vt semper illis afficiantur angustias, quo fit, vt necessarium sit eam miserabilem nec tamen miserandam animam, quae hinc magnis cum sceleribus decessit, in aeternum patrorum scelerum affligi dolore, non potentem illam memoriam deuitare.

Haec autem altissime speculatum philosophorum sententia, scilicet, quod ipsamet bona nullo alio addito sibi praemia sunt, & ipsa scelerata sui ipsorum poena sunt, cum ipsorum bonorum factorum memoria nobis delectationem, qua in aeternum gaudere necesse sit, tribuat: & ipsa perpetrata scelerata angustias amarissimas nobis influant, quas pati necesse sit in aeternum.

Haec autem naturaliter pure dicta sunt nullo fidei fundamento suscepto, quoniam nunc, vt principia naturae, non vt fidei fundamenta sectantes eloquimur. Multa quoque ex eadem radice similia dici possent, de quibus sufficiant quae dicta sunt.

Hoc quoque in se experientes doctissimi inter poetas posuerunt in penis inferni tres esse furias vtrices scelerum. Sunt autem furiae commotiones, & memoriae scelerum, aut verius ipsae cogitationes. Quas tres furias posuerunt, secundum quod scelerati viri tres motus afflictiuos nullo exteriori apposito malo in anima patiuntur, scilicet praeteritorum malorum memoriam, praesentium cogitationem, & futurorum, & deteriorum malorum spem, de quibus omnibus Aristotel. Ethicorum libro nono capitulo. vt supra dictum est. Haec autem in se quilibet doctus vir experitur. Poetae autem ista considerantes tres furias posuerunt, quod veraciter sic est, quoniam & scelerati viri istas tres furias viuentes patiuntur, in inferno autem in omnibus sunt.

Harum tamen furiarum causam poetae, & Philosophi ignorabant, sed hoc a Deo veniunt: nam indidit nobis Deus vim quandam animae, quam conscientiam, aut synderesim appellamus, secundum quam necessarium est de malis tristari, & malorum patrorum nobis inesse memoriam, vt per has memorias mali sibi ipsi displiceant, vt sic nulla nec in praesentibus

Aia defunctorum magis sibi ipsi conuiuunt quam viuentes.

Quare anima maioris seipso parat magis dolent qd coniuunt.

Viri virtuosos magis volunt solitarij interdum esse, quam cum alijs.

Libertas animae in cogitando, vel non cogitando non est maior post mortem quam in vita.

Bona esse prima animarum bonarum, & mala poenas malarum.

Furiae tres, quas poetae apud inferos ponunt.

Arist. solos beatos ponere, qui viuentes sunt: si autem

Syndere  
his nobis  
indica

sentibus bonis, quibus mali frui intendunt, eis perfecta contingat delectatio. Sic ait August. in lib. Confessionum, iussisti Domine, & sic est, ut poena sit sibi omnino inordinatus animus.

Hac autem quae naturaliter dicta sunt, fidei catholice multum consonant, cum fides catholica solidissima veritas sit: vero autem omnia consonant iuxta Aristotel. primo Ethicorum. unde omnia haec, quae nunc dicta sunt: a fide catholica asseruntur, sed & plura alia apponuntur, quae ex fide reuelata sunt. Haec tamen, quae naturaliter dicta sunt, scilicet, quod decedentes in sceleribus necessarium est ipsorum malorum memoria, & assidua cogitatione torqueri, & hanc esse aeternam, eis atrocissimam atque indefinitam poenam, sicut & in studiosis actibus finientes, oportet illorum bonorum delectatione in aeternum teneri, nec vlla tristitia hac interpolari bona. Etiam Theologi confirmant, & hanc poenam quam naturaliter loquentes posuimus, sacra scriptura vermem conscientiae, & corrosionem conscientiae, vel remorsum vocat. Nam sicut vermis corrodendo perforat, & destruit, ita ista scrupulositas vsque in aeternum durat affligendo. De hoc Isaiæ ultimo capitul. cum de statu miserorum in gehennali mancipatorum incendio agatur, dicitur: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Vermem autem corrodentem conscientiam appellauit.

Vermis  
conscie  
tie quid  
sit.

Vocatur quoque ista poena, quae naturaliter inducta est, poenitentia apud inferos, secundum quod scelerati malorum suorum memores anxiantur. De hoc habetur Sapientiae quarto capitul. vbi de dolore quem pro sceleribus suis mali concipiunt, plene agitur, cum dicitur. Venient in cogitationem peccatorum suorum timidi, & traducunt illos ex aduerso iniquitates eorum. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum, videntes turbantur timore horribili, & mirabuntur in subitane in sperata salutis, dicentes intra se poenitentiam agentes, & praerangustia spiritus gementes: hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & similitudinem improperij: nos in senfati vitam illorum estimabamus insaniam, & sinem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Ergo errauimus a via veritatis, & iustitiae, & lumen non luxit nobis, & sol veritatis non ortus est nobis, lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus. Quid profuit nobis superbia? aut diuitiarum iactantia quid nobis contulit? Transferunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuncijs praecurrens, & tanquam nauis, quae pertransit fluctuantem aquam, cuius cum praeterierit, non est vestigium inuenire, nec semitam carinae illius in fluctibus, aut tanquam auis, quae transvolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantum sonitus alarum verberans leuem ventum, & scindens per vim itineris aerem, motis alis transuolat, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius, aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aer continuo in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius. Sic & nos nati continuo delinimus esse, & virtutis quidem nullum signum valimus ostendere. In malignitate nostra consumpti sumus. Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt, quoniam impij spes tanquam lanugo, quae a vento tollitur, & tanquam fumus, qui in aere diffusus est, & tanquam memoria hospitis vnus diei pre-

tereuntis. Sicigitur post mortem animabus sceleratorum virorum manere supplicia, animabus autem bonorum gaudia sine fine relinqui naturaliter ex superioribus satis probatum sit.

SECUNDA CONCLUSIO  
principalis.

Animarum demigratio continua per corpora iuxta  
Pythagoreorum traditionem non potest stare,  
& animarum post mortem tollit pu  
nitionem.

Secunda conclusio huius quaestionis declaratiua sit: animarum demigratio continua per corpora iuxta Pythagoreorum traditionem non potest stare, & animarum post mortem tollit punitionem.

Ad huius euidentiam sciendum est, quod Pythagoras inter antiquos magnus satis philosophus animae immortalitatem posuit: poenarum tamen inflictionem exclusit. Dixit namque animabus post mortem nulla remanere supplicia, aut gaudiorum fruitionem, sed eas continua demigratione per corpora labi. Dixit, scilicet, quod cum vnum hominem mori cotingeret, anima eius egrediens mox alterius animalis corpus subintrabat: eueniebat tamen, ut interdum animae ab humanis corporibus egredientes, in corpora humana alia introirent, interdum autem in corpora volatiliu gressibilia, aut aquatilia, sicut eis fors obtulisset. Propter hoc autem Pythagoras vitae frugalitati nimis studuit, alijs eam amandam ac insectandam admonens, carnum vero cibos valde deuittandos admonuit. De hoc Seneca epistolarum libro primo, & recitat positionem eius Ouidius Metamor. 15. dicens.

Parcite mortales dapibus temerare nefandis  
Corpora: sunt fruges, sunt deducunt ramos  
Pondere poma suo, tumidaeque in vitibus vnae.

Addidit quoque ad haec Pythagoras aliam insaniam, scilicet animam suam in prioribus saeculis in alijs fuisse, deinde autem ad eum peruenisse, scilicet, quod anima illa fuerit in Euphorbo Troiano milite, & eum fuisse mortuum in bello Troiano: deinde factis transmutationibus multis ad eum deuenit. Recitat hanc positionem Ouidius Metamor. decimoquinto, Dicens primo non esse timendas poenas inferorum post mortem, quoniam nullae sunt, sed ista esse dicta poetarum incutientium hominibus timorem, cum ait,

O genus attonitum gelida formidine mortis.  
Quid styga, quid tenebras, quid numina vana  
timetis

Materiam vatum, falsiq; pericula mundi?  
Morte carent anima: semperq; priore relicta  
Sede, nouis domibus viuunt, habitantq; receptae.  
Ipse ego, nam memini, Troiani tempore belli  
Panthoides Euphorbus eram: cui peccatore quondam  
Haesit in aduerso grauis hasta minoris Atridae.

Hanc de transitu animarum positionem Ennius Latinorum poetarum fere primus tenuit, ut de aia Homeri poete Graecorum se iactandi aliquatenus daretur facultas. Fuit enim Homerus excellentissimus Graecorum poetarum. Ennius autem, qui in Latinis primo in verbis Romam tempore Scipionis Africani ductus est, fuit de prioribus Latinorum poetis. Ut autem ea, quae diceret, maiori soliditate atque auctoritate tenerentur,

nerentur, animam Homeri se habuisse atque Pythagorae dictus est, quorum vnus inter poetas, alius vero inter philosophos sui temporis praecipue in philosophis Italiae claruit. Philosophorum quidem Italorum Pythagoras origo extiterat, ut ait Aug. 8. de Ciui. Dei.

Addidit quoque istam animam prius fuisse in Euphorbo, sed secundum Persij narrationem non ponit gradus animae in Euphorbo, sed quod fuerit ista anima primo loco in Homero, qui Meonides dicitur, secundo in quodam Cygno, tertio in quodam pauone, quarto in Pythagora philosopho, deinde in Ennio dormiente in monte Parnaso inter musas. Satyricus autem Persius veritatem sequens Ennij positionem improbauit eam irridens modo satyricum, ut patet in 6. satyra sua, quae incipit: admouit iam bruma facem, cum ait, Cor iubet hoc Ennij, postquam deseruit esse.

Meonides quintus, pauone ex Pythagoreo.

Et est sensus horum Persianorum versuum, quod Ennius deseruit esse Meonides quintus, id est excitatus fuit a somno in quo aduenit sibi aia Homeri, & in quo putabat se fuisse factum Meonidem, id est Homerum. Et dicitur fuisse quintus Homerus, quia fuit quintus ab Homero recipiendo animam illam, sicut quod post Euphorbum, in quo animam illam Pythagorae fuisse affirmat, fuerit in Homero factis aliquibus medijs transmutationibus de quibus non agitur: deinde in secundo loco fuerit in quodam Cygno, tertio loco fuit in Pythagora philosopho Samio, quarto loco fuit in pauone quodam, quinto loco in Ennio poeta. Vnde Meonides quintus, id est quintus ab Homero qui Meonides dicitur, fuit scilicet suscipiendo animam eius quinto loco. Dicitur etiam pauone ex Pythagoreo, quia Ennius animam Homericae, quam se suscepisse testatus est, ex pauone quodam immediae suscepit, ut patet in superiori enumeratione. Dicitur autem pauone Pythagoreus, quoniam post Pythagoram mox in pauone anima illius transmigravit, & ab illo in Ennium aeriata est.

Haec autem Pythagoricorum positio poetica potius quam philosophica est. Nam anima a corporibus separata alijs corporibus vniri non possunt, nisi illis, quae reliquerunt, ut catholici concedunt. Et satis hoc probaretur, nisi multum ab inceptis distrahemur. non quidem, quod necessarium est animas corporibus suis reuniri, sed non est aliquid inconueniens, nec militat contra aliqua naturalia fundamenta animas post mortem corporibus reuniri, quamquam philosophi reuincendas negant, quia ut dictum est, non existimant aliquam tantam potentiam esse, quae sufficiat hoc inducere. Animas tamen post mortem alijs posse vniri corporibus tam catholici, quam Physici negant. Hoc autem naturaliter induci potest, & primo probatur, quod non possit anima humana, quae in vno corpore praesuerat, informare aliterius hominis corpus, qui nouiter gigni debeat, vel quomodocunque.

Et ut fortius concludamus, concedamus quaedam, quae naturales nullo modo concederent propter eorum maximam difficultatem, scilicet, quod Deus possit animam vnus hominis ponere in corpore alterius. Nam licet Deus possit animam, quae in vno humano corpore fuerit, in alio ponere, hoc quidem conceditur diffinitiuè, scilicet, quod sit in corpore illo, & non extra corpore illud, Nam sic de intelligentijs confitemur, & naturales hoc dicunt, diffinire intelligentias sibi loca, tamen non erit in corpore illo vnita formaliter, ad hoc, quod esse det. Corpore enim differt in aliquo corpore spiritu aliquè esse diffinitiuè, vel formaliter. Nam de Angelis concedimus, quod possint esse in corporibus humanis, vel bestiarum, tamen impossibile est, quod ibi sint formaliter. Quod pa-

Resurre  
ctio cur  
negatur a  
philoso  
phis.

ter, nam quamq; Angelus substantia simplex sit, velut anima humana, continet tamen in se totam essentiam speciei, ideo non potest vniri formaliter alicui rei, ut det illi esse. Nam dare esse formaliter alicui rei, est dare esse per intrinsecum. Hoc autem non pertinet ad id quod est totaliter ens in actu, quemadmodum Angelus. Nam entia, quae sunt totaliter in actu, possunt deriuare actionem, quae consequitur totaliter perfectionem rei, non tamè possunt deriuare esse, quia hoc soli formae competit, quae non est perfectum esse continens, sed est perfectio alterius. Vnde id quod actus esse dat secundum Aristot. 2. de Anima actus illius est, sed non est in actu. Quod autem in actu est, alteram rem actuare nequit, quoniam cum alia res actuatur, suscipit esse formaliter, & actus, & quod actuatur faciunt vnum ens simpliciter, nec manet subsistens aliud istorum duorum, sed tertium quod resultat. Et sic in omnibus compositionibus accipitur communis species, sicut quod anima, & corpus se habent in compositione, ut actus & actuatum, compositione tamen facta, non est ipsa anima ens illud, quod est, neque corpus, sed homo, si autem id, quod est ens perfectè in actu daret esse formaliter alteri, necesse erat, ut ex compositione non resultaret vnum, sed duo entia, quia illud, quod ante erat ens in actu maneret vnum ens actu subsistens connumerabile contra alia entia. Et cum per illam compositionem aliquod ens causee, esset illud alterum ens distinctum ab ente perfecto, quod subsistebat ante compositionem. Essent igitur per compositionem duo entia, sed hoc non poterat stare, quia ipsum quod actuabile erat, & per se subsistere non potens, poneretur, tanquam vnum subsistens, cum illud, quod erat simpliciter ens in actu, esset aliud subsistens per se. Quod si vellemus id, quod erat ens per se, & actuabat, & id quod actuabatur constituere vnum ens simpliciter sicut anima, & corpus constituunt vnum hominem, necessarium est, ut id quod erat ens in actu, efficiatur non ens in actu perfecto, ut non subsistat per se: sed ipsum cum eo, quod actuatur constituat vnum tertium ens in actu & simpliciter. & sic iam, quando actuaret non esset ens in actu per se existens, sed solum esset actus, vel perfectio alterius, tanquam pars vel perfectio eius, quod sit. Ideo constat non posse ens in actu alterum actuare, sed id quod non est actu, & est actus. Dare autem alicui esse formaliter est informare illud, id non ens in actu dat alteri rei esse formaliter: angelus autem est ens in actu, & continens in se totam rationem speciei: ergo est impossibile, quod alicui corpori humano, vel alicuius pecoris esse det, quamquam intra illud sit.

Apparet autem adhuc amplius manifestissimis naturae exemplis. Nam anima adueniens corpori nondum animato, dat illi esse simpliciter, & facit esse hominem. Tamen si homo viuens vnita sibi corpus non viuens, non dabit esse illi corpori, ut sit ens viuens, quia homo ens in actu est, & non actus, anima autem est actus, & non ens in actu: & est tanquam perfectio, & pars alicuius: homo autem est tanquam totum & nullius perfectius. Nam si homo esse dare posset, quando embrio est in alio materno, & disponitur ad animae susceptionem: mater, quae est ens in actu, daret esse illi embioni, faciens illud esse ens perfectum, sicut postea est anima adueniente: sed non habet esse completum embrio, donec anima adueniat, quae non est ens in actu, sed actus, & perfectio, & pars: ideo satis apparet, quod entia in actu non possunt dare esse formaliter alicui: sed solum ens imperfectum, quod tamen est actus, vel perfectio. De Angelo tamen satis patet, quod potest esse in corpore aliquo, tanquam motor illius, nam & daemones, & angelos sepe scimus mouere

Species  
habes to  
ta ratione  
specificam  
non potest  
aliquid in  
formare.

berè aliqua corpora. De anima autem humana con- formiter dicendum est, quòd potest poni per virtutè diuinam in quolibet corpore, vt ibi sit distinctiue, & forte, vt moueat si tante potentia est anima, vt ipsùm corpus mouere sufficiat, hoc modo anima humana in lapide ligno, aqua, & ferro, atque corporibus bestiarum esse potest. Nec in hoc aliquid inconuenièns est. Sic dicunt catholici animas alligatas esse igni infernali. Et Grego. quandam animam in gelu inuenit peccatorum suorum cruciamina tolerantem. Philosophi quoque asserunt intelligentias orbibus celestibus vnitas, quòd est in aliquo loco distinctiue, & non formaliter esse, idest dando esse formaliter. Omnes tamen tam catholici quam naturales negant animam humanam posse formaliter vniri lapidi dando sibi esse humanum, manebitibus qualitatibus lapidis, scilicet duritie, & frigiditate, dato quòd perderetur substantialis forma lapidis. Nam durities lapidis, & frigiditas, & cetera distinctionis organorum repugnant harmonie, quam anima requirit, vt vnatur alicui ad dandum esse, ideo impossibile est, quòd illi vnatur formaliter ad dandum esse.

Nunc autem magis accedentes (licet per quasdam longas probationes, quoniam sic natura rei exigit) ad id quòd intendebamus, dicendum est, quòd sicut im possibile est animam humanam vniri alicui corpori non humano, quia in eo non potest repetire harmoniam, quã ipsa requirit, quòd ita impossibile erit vnã animam humanam alteri humano corpori vniri, si in eo dispositionis harmonia: sua nõ reperit, sed in nullo corpore anima potest dispositiones harmonicas, quas requirit repetire, nisi in corpore illo cuius est, impossibile est ergo quòd anima exiens de vno humano corpore in aliquid alterum intret, quia harmonica: dispositiones, quas anima humana requirit esse non possunt, nisi in illo corpore, in quo primo fuit. Pater quia illa harmonia, quã anima corpori vnibilis est, nõ reperitur nisi in illo corpore, cui vnita fuerat. Quòd inducitur, quia anima recipit esse vnã distinctam contra omnes alias animas ex vnibilitate, quã habet ad materiam signatam, cum non recipiat esse vnã numero per speciem suam, quia tunc differrent animã humanã in specie: sed sunt eadem in specie, ergo non accipiunt indiuiduationem ex natura speciei, sed ex vnibilitate ad materiam signatam, quã est aliquid extrinsecum. Et quia signatio materia: quã est in vna materia nõ est in alia, cum partes materia: ex quibus sunt corpora humana inter se differant: necessarium est, vt alia vnibilitas sit ad vnã partem materialem, & alia ad aliam. Necessarium est ergo, vt ea quã per istas vnibilitates esse suscipiunt diuersa sint: nõ poterit ergo vna anima habere vnibilitatem ad plures partes materia:, quia tunc sequeretur, quòd vna anima esset plures animã. Nam si anima suscipit esse vnã in se per vnibilitatem ad hanc signatam materialem: oportet, vt si alteri materia: vnibilis fuerit, altera anima sit, & si multis partibus materia: vnibilis sit, necessarium est, vt eadem gratia plures animã sint. Data autem vnica vnibilitas in qualibet anima, etiã si ponatur in alio corpore quam in eo, cuius erat, non poterit vniri illi. Nã nihil vniri potest, nisi quòd vnibile est, anima autem ista solũ vnibilis corpori illi, in quo erat formaliter ad dandum esse: ergo in quocũque alio ponatur, est impossibile, quòd illi sit vnita formaliter ad dandum esse: ergo illa anima, quã in vno corpore fuit, non potest trãfrire in aliud corpus, vt in illo sit, & esse tributã.

Hoc autem patet in accidentibus. Nã formã accidentales inter se distinguuntur numeraliter, & accipiunt esse vnum per subiecta. Nam ideo ista albedo, & illa sunt duã albedines, quia iunt in duobus subiectis, si autem in eodem subiecto essent, vna albedo esset. Sicut igitur albedo vnus subiecti non potest esse albedo alterius subiecti, quia preuente substantia illa, cuius est albedo, ipsa albedo deficeret, ita cum anima qualibet recipiat, quod sit ista anima per vnibilitatem ad istud corpus, si reciperet esse alterius corporis, iã defineret esse ista anima, quã erat, & sic non esset iam illa anima, quã fuerat, sed inciperet esse alia anima per aliam vnibilitatem, quã est causa identitatis, vel diuersitatis. Aut si diceremus, quòd ista anima esset eadẽ, quã habet vnibilitatem ad alterum corpus, cum per nouam vnibilitatẽ incipiat esse anima noua, esset vna anima duã animã, quod includit contradictionem, sicut si albedo, quã est in vno subiecto, esset albedo, quã est in alio: esset vna albedo duã albedines.

Si autem respondeatur, quòd non est simile de indiuiduatione animarum, & indiuiduatione accidentium, quia accidentia non possunt tolli de vno subiecto, & poni in alio: quin eorum panatur, in animabus autem non sequitur corruptio ad separationem. Respondendum est, quòd quantum accidentia vnus rei indiuiduata transmigrate possent, & poni in aliqua alia re, non informantur illam, vt si albedo existens in papyro tolleretur, & poneretur in lapide; non informaret lapidem, nec esset albedo lapidis, quia deficeret in lapide ratio subiectualitatis, quòd accidentia illa essent ab illo lapide; & emanassent ab illo, sicut in accidentibus hostia: quã ablata penitus substantia panis in aere sunt, tamen non informant, cum non dicamus aerem esse albũ albedine hostia:, aut quantum quãritate hostia:, aut circularitatem circularitate hostia:. Sic de anima nostra rationali: quamquam enim ipsa a nobis ablata in alio corpore poneretur, tamen illud non informaret, sed esset ibi, sicut demones sunt in ventre hominum, qui vocantur arpeptij, & eorum qui habent pythones, sicut de quadam puella dicitur Actũ. 16. cap. de cuius ventre Paulus pythionem exclusit dæmonem, dæmones tamen non informant, sic anima posita in alio corpore, non informant, nec vegetaret, quia deficit ratio vnibilitatis ad illud corpus, cũ non sit ista materia signata, in qua & secundum quã suscepit ista anima, quòd esset vna anima humana. Et si hoc modo vna anima poneretur in corpore illo, cuius non fuerat à principio anima, quãuis ibi staret: non esset illud corpus viuens, sed putresceret sicut caduera existente tamen interius anima rationali, quoniam nihil magis differt illam animam in rebus esse quam nihil esse intra, cum non sit illius corporis anima. Satis ergo patet contra Pythagororum doctrinã vnã animam non posse trãfrire per diuersa corpora ad alia informantia.

Sequitur incidẽs si possibile esset in resurrectione animas hominum informantio demigrare: tot essent homines, quot ante, sed de prioribus nullus staret. Demõstratum est autem animam vnus corporis non posse in alterum corpus migrare ad illud informantum: si tamen daretur, quòd Deus posset vnã animam alteri corpori, cuius non erat inducere, & eã illi formaliter vnire, vt pote quã animam Platonis mortui induceret in corpus Socratis, & animam Socratis induceret in corpus Platonis: sequeretur, quòd non essent iam illi homines, qui ante fuerant. Et ratio huius est, quia in compositis esse accipitur a materia & forma, cum vtrũque dicatur pars essentialis rei. Cum ergo esse rei consistat in indiuisibili, si anima Socratis inducatur alicui corpori, quod non sit corpus Socratis, sed Platonis, cum anima non contineat totã essentialiam rei: sed materia & forma, ille qui resultabit ex anima Socratis, & corpore Platonis non erit Socrates, quia tunc daretur, quòd totus Socrates cõstaret ex ani-

ex ani-

ex anima Socratis, & corpus suum non esset pars essentialis sue, quã inconuenientia sunt: ergo talis homo non erit Socrates. Etiam iste homo non erit Plato, quia iste solum continet corpus Platonis. corpus autem, quia est pars materialis non continet totã essentialiam rei, ideo vbi fuerit solũ corpus, non erit Plato. Eodem modo de illo homine, qui est resultans ex anima Socratis, & corpore Platonis è contrario quam in primo. Nam ibi solum est anima Platonis. Ideo non est Plato, quia anima sola non continet totã essentialiam Platonis, & ibi solum est corpus Socratis, ideo non est Socrates, quia corpus non continet totã essentialiam Socratis, & sic antea ex his duabus animabus, & duobus corporibus resultabat Socrates, & Plato, & miscendo isto modo erit duo homines, & non erunt Socrates, nec Plato. Sic namque est, cum anima beati Petri nunc sit in vita æterna, & anima beati Pauli similiter, & post in resurrectione, quando coniuncta fuerit anima eius corpori suo, erit beatus Petrus, & ante non erat cum ista essent distincta: Eodem modo redibit in resurrectione beatus Paulus, vt sit beatus Paulus, cũ nunc non sit beatus Paulus. Si tamen in resurrectione Deus poneret animam, quã fuit beati Petri in corpore, quod fuit beati Pauli, & animam beati Pauli in corpore, quod fuit beati Petri Apostoli, fierent per resurrectionem duo homines, qui nõ essent beatus Petrus, nec beatus Paulus, sed quidam alij duo homines, qui nunquam antea fuerunt, & beatus Petrus, & Paulus impossibile esset, quã existerent, nec aliquatenus resurgeret. Et sic si in generali resurrectione omnes animã permutarentur, ita quòd nulla anima induceretur corpori, quòd ante informaret; supposito, quòd ista anima posita in alijs corporibus informare possent; sequeretur, quòd nullus homo de his, qui ante fuerant, resurgeret, quia nulli cõsisterent suã partes essentialis. anima, & corpus, essent tamen tot homines, quot ante fuerant, quia tot animã, & tot corpora in resurrectione illa essent, quot ante illam fuerant, & tot vniones animã & corporis, quot ante, isti tamen homines non essent nouiter generati, tanquam aliquid essentialia nouiter esse cepisset. Deinde autem ad dictũ Ouidij quod recitat. in 1. 5. Meta. de positione Pythagorica, negandum est quid quid dicit, cum asserit se fuisse Euphorbum militem in bello Troiano, & quòd animã migrent per corpora, & quòd aliquis comedet carnes alicuius pecoris, possit comedere carnes patris sui, vel matris, vel alij cuius propinquiorum. Hęc enim omnia impossibilia sunt rationi, & toti naturali philosophia: atque catholicis documentis repugnantia.

Primum autem horũ difficultus elidi poterat, quoniam verius videbatur, scilicet quòd anima vnus hominis in alterius corpus demigrare posset, sed satis improbatum est. Et adhuc patet, quia anima recipit, quòd sit vna per vnibilitatem ad corpus, in quo primo est. Et si deberet in aliud corpus trãfrire, cum illud sit alia materia signata, necesse erat, vt ista anima haberet aliam vnibilitatem, cum variatis terminis, vel altero terminorum relatione necesse est multiplicari, siue variari ipsũ respectum, vel relationem, quã recipit esse ab eis, sed ista anima recepit indiuiduationem, scilicet quòd sit ista anima per hãc vnibilitatem: ergo necesse est, vt recipiat aliam indiuiduationem per aliam vnibilitatem, sed duã indiuiduationes faciunt duo indiuidua, sicut duã humanitates faciunt duos homines: ergo ista anima erit duã animã, quod includit contradictionem: ergo anima, quã fuit Euphorbi militis mortui in bello Troiano non fuit anima Pythagoræ, nec Homeri, nec Ennij poetæ. Ideo Perijus poeta satyricus, qui acutus istam veritatem contempserat est, in-

risit positionem Ennij, & Pythagoræ in hac re in Satyra. 6.

Item si vna anima transfret in alterum corpus, cũ habitus speculatiuus, & practicus sint in intellectu, & habitus virtuosus sint in voluntate, & intellectus ac voluntas maneat, cum isti habitus sibi radicaliter inhaerent, necesse erat, vt cum anima transfret in alterũ corpus, isti habitus transfret cum ea, etiam si aliquis obijciat habitus morales non poni in anima rationali, sed in parte affectiua, quamquam de hoc non sit in presenti speculandum, tamen saltem habitus speculatiui, & practici intellectus necessario manebunt in anima, per quos habens illos facilius intelligeret, & non oportebat, vt quilibet homo ad hoc, quòd sciret addidderet, sed aliqui docti nascerentur. Cum enim intellectus sit principium intelligendi, sic intelligit, vt est dispositus, vel habituatus. sed in ista anima manet habitus tam speculatiui quam practici, ergo secundum eos postea intelliget.

Plato autem quamquam nõ tenuerit Pythagoræ positionem, tamen in hoc respondere posset secundum suam positionem, qua tenet, quòd anima ante quã vnatur corpori cognoscit omnia naturalia, quã cognoscere posset existens in corpore quantumcumque perficiatur, sed in vnione ad corpus propter imperfectionem materia: obliuiscitur, quã sciuerat, sed postea per doctrinam excitatur illa cognitio, quã ante fuerat, & sic nostra scientia, quã nunc acquiritur, nihil aliud est, nisi reminiscẽtia eorum, quã obliuiscimus. Hęc autem tangit satis Boetius de consola. lib. 3. Metro. 1. 2. quod incipit. Quisquis profunda mente vestigat verum. Et concludit, quod si Platonis musa personat verum, quòd quisquis discit, immemor recordatur.

Hunc modum respondendi videtur secutus ipse Pythagoras dicens, quod anima exiens de corpore vnus, & intrans corpus alterius obliuiscitur sui, ideo nesciebat cuius anima fuerat. Ipse autem dicit se cognouisse, quod anima sua fuerat anima Euphorbi militis Troiani, per multa ieiunia, quã scilicet disponebat organa ad intellectionem, vt intellectus esset punis ad intelligendum quidquid vellet.

Sed hoc non potest stare. Nam cum in aliquo intellectu imprimuntur habitus speculatiui & practici, & anima trãseat in alterum corpus, dato quod propter indiuiduationem organorum, adhuc multum tenerent non possit homo adhuc per illũ habitum intelligere, sed cum temporis tractu conuenientia amborum deducantur organa ad talem dispositionem, vt intellectus possit eis vt conuenienter. Incipit igitur intelligere perfecte secundum illum habitum, & non indigebit, vt iterum doceatur. Sed videmus, quod nullus homo est, qui non indigeat doctrina saltem, vt declarentur ei termini, qui nullo modo perfecte, & conuenienter intelligi possunt ab intellectu, nisi prius doceamur quantumcumque intellectus acutissimus sit. Sed de omnibus nullum videmus, qui non egeat magistro quantum ad aliquid, scilicet quantum ad terminos artis. Ergo nullius anima trãsit in alterum. Pater consequentia, quia cum ille, qui habet habitum alicuius scientia: speculatiua:, vel practica:, non solum cognoscit conclusiones, sed etiam terminos artis: immo magis terminos, & principia quam conclusiones, vt ait Aristot. in 1. Poster. cum ille, qui istam animam suscepit, incipiat in tempore, quo impedimentũ organorum ablatum est intelligere secundum habitum illum, non solum cognoscet conclusiones, sed etiam intelliget terminos: ergo non indiget magistro ad aliquid, sed per se totum intelliget, quanta intelligebat alius, cuius illa anima fuit. Hanc opi. tenuit Ennius poeta, & vt se magnum

Hõ quãtũcũq; acutissimõ intellectu sit nõ indiget docente.

Apud hu- manã ne- que in- de- for- malar.

hu- manã si- gnificãt. & differ- entia: sunt in specie.

Formã acci- dentia: quã distinguuntur numeraliter, & accipiunt esse vnum per subiecta.



magnum poetam fore iactaret, dixit se accepisse animam Homeri, qui fuit maximus Græcorum poetarum, ut quasi ex hoc pateret eū scire omnia, quæ Homerus cognouisset. Hoc autem magis manifestatur, quia Plato non dicit in coniunctione animæ ad corpus totaliter abradi scientiam, sed impediri mole carnis, ne intelligat ea, quæ ante intelligebat. Pythagoras tamen dicit ieiunio posse recuperari scientiā, quæ fuit ante in eo, qui vivebat per illam animam: est ergo sic intellectus impeditus, & non abolitus. Sicut ergo est in naturalibus, & si aliqua res habeat virtutem ad aliquod operandum, & prohibeatur ab aliquo agente: nō oportet, quod ad hoc, quod illa res agar innouetur ab aliquo ad agendum, sed solum, quod tollatur prohibens agere, ut si lapis per suam gravitatem potest descendere deorsum, & ponatur aliquid, in quo teneatur, ne descendat, ad hoc, quod exerceat actum suum, si descendat, non oportet, quod ab aliquo adiuetur impellente eum deorsum, sed quod solum tollatur id, quod prohibebat actionem. Et sic etiam patet in habitibus scientificis. Si enim aliquis sit geometra, vel philosophus secundum habitum, & postea efficiatur ebrius, vel somnolentus, vel incurrat maniam, vel epilepsiam, vel similes passiones, in quibus vetatur totaliter actus intellectus, non possunt illi scisse habentes, licet habitum habeant, intelligere, quia non sunt disposita organa. Cum tamen venerint ad congruam organorum dispositionem, non oportet, quod iterum addiscant, sed ablato impedimento organorum immediate incipit perfecte intelligere, ut antea: ergo sic esset de anima habitua speculatio habitu, vel practico si transfuset ad aliud corpus, quod ablato impedimento organorum reductis eis ad congruam dispositionem inciperet intelligere perfecte secundum habitum, quem ante habebat habens illam animam, & qui manet in illa anima, ideoque non indiget aliquo modo doctore, sed nullus est, qui non indigeat modo quo supra dictum est: ergo nō trāsit vna anima de vno corpore in aliud.

Aliud erat, quod dicebat Pythagoras, scilicet ipse fuerat Euphorbus miles a rege Menelao in bello Troiano interfectus. Sed quia hoc erat confirmatio positionis suæ, sicut positio erat falsa, ita & hoc falsum, scilicet anima sua fuit in Euphorbo, vel Homero, seu in Paouone, vel Cygno, aut aliquo hominum. Et eodē modo rationes militant contra istud exemplum, quo militabant contra principalem positionem.

Aliud erat dictum positionis Pythagoreorum, scilicet interdum anima humana trāsit in corpora bestiarum, cum illam promptam ad receptionem formæ reperiebat.

Contra hoc dictum militant omnia argumēta facta contra superiorem positionem eiusdem. Nam si non poterat vna anima humana trāfire in corpus alterius hominis mortui, a fortiiori transire non posset in corpora bestiarum, cum plura alia inconuenientia quam supraposita sequantur ad istam positionem, scilicet, si intrent animæ humane in corpora bestiarum.

Primo quia omnis forma requirit debitas dispositiones in materia, in qua debet suscipi, sed dispositiones corporis humani, & corporum bestiarum non sunt eodem, ergo anima humana nunquam potest recipi in corporibus bestiarum. Maior patet, quia ad hoc, quod aliqua forma recipiatur in aliqua materia, ut anima in corpore, requiritur debita magnitudo. Nam si ponatur aliqua pars materiæ tanta, sicut vnus digitus, vel vnus palmus, non poterit ibi recipi anima humana, quia dato, quod possent fieri organa valde parua, & delicata, cum sit magna organorum pluralitas, & paruitas materiæ, non poterit anima humana vegetare id corpus, quia tam parua organa non pos-

sunt esse conuenientia ad explendas organicas operationes animæ conuenientes, ut vegetet corpus. Etiam si detur aliqua pars materiæ tanta, sicut vna magna turris, illa non poterit vegetari ab aliqua anima humana, quia non est tantarum viriū, ut cōplere possent operationes requisitas ad sanitatem tanti corporis. Sed est dare certam periodum magnitudinis in qualibet specie ad hoc, quod informetur materia per formam illius speciei, & sic est de rebus cuiuscūque speciei, quæ requirunt debitam magnitudinem. Et ad hoc diuersæ res habent diuersas magnitudines in rebus naturæ. scilicet in indiuiduis suis. Et res vniuersales speciei non perueniunt ad magnitudinem conuenientem alteri speciei. De hoc Anstot. 2. de Anima. c. de vegetatiua, & nutritiua potentia ait. Omnium natura constantium positus est numerus magnitudinis, & augmenti. Requiritur etiam ad introductionem anime, vel alterius forme in materiam debita figuratio, siue organizatio, sicut videmus in fetu humano, & aliorum animalium, & in ipsis arboribus. Nam nulla arbor potest sic figurari, sicut homo, aut sicut capra, aut alia res naturalis, quia non posset fieri digestio sufficiens si essent arbores in parte superiori grossiores, quam in trunco, qui est locus digestionis.

Requiruntur etiam debite qualitates. Nam aliarum qualitates sunt in materia cum introducit anima humana, quam cum introducit forma equina, vel caprina, scilicet alia tenentudo partium, & alius gradus caliditatis, aut frigiditatis, & sic de ceteris. Ista autem nō sunt eadem in omnibus animatis rebus, nec sunt in aliquo animali, sicut in alio si respiciantur diligenter, quia vel in superficie corporum, aut in figuratone membrorum, vel inter cutem in diuisione corporum, semper reperitur aliqua diuersitas quantitatis, & organizationis, & ceterarum rerum, quæ sunt necessaria secundum naturam ad introductionem formæ.

Et sic habetur intentum, scilicet quod cum in bestiis nō sit talis dispositio qualis est in corpore humano, non poterit ibi introduci anima humana. Et sic cessabit dictum Pythagore.

Si autem dicas, quod nō sunt necessaria istæ dispositiones, sequitur quod natura frustra operatur in faciendo. Constat namque, quod plus laborabit natura faciendo dispositiones, & organizationes, & quantitibus dimensiones, quæ sunt in corpore humano cum plures sint, & subtiliores, quam faciendo dispositiones, & organizationes in corpore vnus vermīs, vel colubri, si ergo non sunt magis necessaria ad introductionem animæ rationalis istæ dispositiones, quam illa, erit superuacuus labor nature. Quod nullo modo concedendum est, cum entia naturalia sint ordinatissima, ut patet iuxta Anstot. in fine. 12. Metaphy. Etiam patet, quod sint istæ dispositiones necessaria, quia animæ hominum, & bestiarum habent diuersas virtutes operatiuas. Et quia operationes vegetatiuæ, & sensitiuæ præsupponunt organa, ergo secundum materiam virtutum operatiuarum sic requiritur numerus potentiarum, & diuersorum organorum, ergo non debent esse tales dispositiones organica, vel dimensiones pro brutorum animabus, sicut pro anima humana, quia si aliqua anima habes multas potentias operatiuas vniretur alicui corpori habenti pauca organa, nō posset exercere operationes suas, ideo non posset teneri colligata illi corpori.

Item si non esset necessaria ista organorum multiplicitas, & lineamenta ad introductionem anime, sed posset introire in corpus aliarum dispositionum, sicut est corpus cuiuscumque bestie, ita posset introire in corpus valde dissimilium dispositionum, sicut sunt corpora

Quælibet species requirit certam periodum magnitudinis.

corpora lapidum, & arborum atque aliorum naturalium. Sed hoc inconueniens valde est, quod anima humana informet materiam lapidis manentem sub illa figuratone, & densitate, & frigiditate atque vniformitate. Et nullus hoc concederet tanquam valde absurdum: ergo nec transeunt in corpora bestiarum.

Item si anima humane ex eo, quod non requirunt determinatas dispositiones, ut dicit, possunt transire in corpora bestiarum: ergo anime bestiarum conformiter non requirerent debitas dispositiones possunt generari in corporibus humanis. Et sic aliqui foret bestie habentes corpora humana, quod absurdum valde est. Si ergo hoc non conceditur, nec etiam alterum concedi debet, quia æqualis causa est absurditatis.

Item hoc impossibile est: nam operatio cuiuscumque rei est secundum formam, quam habet, quia forma est principium totius operationis, & actionis, sicut materia est principium ipsius passibilis mutationis. Sic enim ait Aristot. in 3. Phy. quod sicut transmutatio dat cognosci materiam, ita operatio dat cognosci formam. cum igitur variantur actiones, necesse est formam variatam esse. Si ergo in corpora bestiarum aliquid transiret anima humana, necesse esset, ut corpora bestiarum haberent eadem actiones, quas homines habent. sicut intelligerent, & vellent, & facerent cetera in hunc modum, quæ pertinent ad prudentiam, & actiones humanas. Sed nulla bestia est, quæ habeat actus humanos, nec vnquam visa est, ergo nunquam anima alicuius hominis intrauit in corpora bestiarum.

Nec valet si dicas quosdam bestias habere prudentiam, ut sunt vulpes, & taxones, vel castores, & similia, ut commoniter dicitur, quia videntur habere actus quosdam similes actibus humanis, quia de his dicit Aristot. Ethicor. lib. 6. quod non proprie habent vim prudentiæ, quæ est iudicatiua de bonis & malis agibilibus, sed quandam potentiam prouisiuam ad vitam, quæ est quedam natura solertia. Sed ob hoc, quod similia in quadam figuratone vultus, & in quibusdam cautelis humanam prudentiam & figuram imitantur, poeticalientia occasione habuit dicendi eas olim magnos hominum populos, postea a Ioue in simias conuerfos, retenta prioris naturæ quadam saltem leui effigie, de quibus Metamor. lib. 7.

Item & fortius probantur prædicta. scilicet quod nunquam transeant anime humane in corpora bestiarum. Nam in compositis, licet esse accipiat a materia & forma: ipsa tamen forma est, quæ dat esse materiæ, & determinat ad certam speciem actiuando eam, secundum ergo varietatem formarum ita sunt varietates specierum, sed anima humana est quedam forma specifica distincta ab alijs formis specificis, ergo ipsa dabit corpori, in quo fuerit esse suam speciem, necesse est igitur, quod vbicumque anima rationalis formaliter vnita fuerit, quod sit illud animal rationale: si ergo anima humana exiens de corpore humano introierit in corpus bestie organizatum, & dispositum ad recipiendum formam: necesse est, ut recipiat esse humanum, & ita non erit bestia illud compositum, & tunc falsum erit, quod anime humane sint in bestiis, sed in hominibus: sed hoc est impossibile. scilicet quod aliqua bestia sit homo, ergo impossibile est animam humanam intrare bestiarum corpora. Aliud erat dictum Pythagore in hac positione. scilicet si aliquis comederet carnes porcorum, poterat ibi comedere carnes patris sui, vel matris, vel aliorum charorum, & ob hoc introducebatur conabatur frugalitatem, dicens vitandam esse carnium comestionem.

Hoc autem stare non potest cum omnia supra ducta contra hoc militent. Nam hic præsupponitur, quod anima patris mei, vel matris transire posset in corpora bestiarum, quod supra improbatum est. Sed præter rationem Alph. Toft. De statu animarum.

nes illas sunt adhuc alia. scilicet quod non possunt esse carnes huius pecoris carnes alicuius hominis, ideo nemo sic comedendo comedit carnem patris sui, aut matris, quia dato quod anima humana posset intrare in corpora bestiarum & informare ea: tñ sicut supra dicebamus, si Deus poneret animam beati Petri in corpore, quod ante fuit beati Pauli, & animam beati Pauli in corpore, quod fuit beati Petri, iam nullus eorum esset Petrus, aut Paulus, sed essent duo homines nouiter formati, qui nunquam ante extitissent. Ita cum hic anima alicuius viri poneretur in corpore alicuius bestie & informaret id, atque inde resularet compositum, quod esset homo, tñ ille nō esset pater alicuius viri, quia iste homo non erat ille, cuius anima ibi erat. Nam anima non complet totam essentiam in compositis, sed anima & corpus. sed ibi sola anima viri prioris est, ergo non ibi vir ille prior qui fuerat pater alterius, & consequenter nec carnes eius. Sed ad hoc dato, quod anima complet totam essentiam rei. scilicet quod vbicumque esset anima esset homo cuius erat anima, non seque retur hoc. Nam daretur tñ, quod ex eo, quod anima alicuius viri mortui introierat corpus alicuius bestie, quod illud compositum resulans ex anima humana, & corpore illius bestie esset vir, qui ante fuerat, & tunc si vir, qui ante fuerat fuit pater aliquorum, etiā dicitur, quod istud compositum tale sit pater illorum genitorum, & tamen si aliquis de filiis viri prioris comederat de carnibus illius corporis, in quo est anima patris sui, quam istud compositum sit pater suus, non comedit de carnibus patris sui, quia carnes patris sui, de quibus ista filius descendit corruptæ sunt recedente anima, & ista, in quibus nunc anima est, non sunt carnes patris sui, sed carnes alicuius bestialis corporis. Nam recedente anima patris sui ab isto bestiali corpore, in quo erat, nihil manebat ibi, quod ad patrem suum pertineret, si tñ aliquis occideret illud compositum resulans ex anima patris sui, & corpore bestiali, in quo erat: occideret patrem suum, quia ex hypothesi anima sola patris existens ibi, faciebat, quod id compositum esset, quod alias fuerat pater aliquorum hominum. Postquam tñ occidisset illum patrem suum, & comederet carnes cadaueris illius, nō comedebat carnes patris sui, quia iam ibi nihil de patre suo manebat. Conclufum ergo vñ sufficienter ex prædictis, quod positio Pythagore ex prædictis circa animarum humanarum transmigrationem non potest vlla tenus stare, sed profusa erronea est.

TERTIA CONCLUSIO.

Delectationibus gaudentes, vel supplicia subituras animas corpore solutas, oportet aliquibus locis esse immanifuras.

Sequitur tertia conclusio. delectationibus gaudentes, vel supplicia subituras animas corpore solutas, oportet aliquibus locis esse immanifuras, id est necessarium est, ut anime post mortem sint in aliquibus locis ad toleranda supplicia pro peccatis, vel ut gaudijs pfruantur. Nec enim mihi in hac parte repetendum est, an anime sui naturalia fundamenta post mortem penas, aut gaudia suscipere debeant, cum hoc in superioribus lucide comprobatum fuerit, sed solum inducendum est, qualiter in aliquibus locis immanifuras sint. Quod satis patet: nam anime post corporis mortem permanere supra cōcessum, & ab oibus philosophis partim probatum, & partim præsuppositum est: ergo cum ipse in finitudo nō sint, ita ut in oī loco esse possint, quemadmodum de Deo catholici confitentur, necesse est, ut alicubi sint. Nec in hoc tamen dicendum est esse eas proprie in loco, cum solis corporibus locari conueniat per quantitatem suam, quæ in animabus nullatenus est, sed dicimus animas esse diffinitive in locis, id est, quod diffiniunt sibi aliquas partes mundi, in quibus sint, non quod ibi proprie sint, sed quod ita ibi sint.

Anima non complet totam essentiam in compositis, sed anima & corpus.

Anime sunt diffinitive in locis, id est, quod diffiniunt sibi aliquas partes mundi, in quibus sint, non quod ibi proprie sint, sed quod ita ibi sint.

Secundū dictū pythagore.

B quod

¶ in nullo alio loco sunt, & sic homine viuente dicimus animam in corpore esse, nec tamē corpus repleat, aut ibi secundum leges locorum esse, ibi tamen esse, ita igitur post resolutionē a corpore stare poterit, in aliquibus alijs locis diffiniendo illa sibi, & nō alia.

Hucusque naturaliter inductum est, sed ari animam post mortem sint in cœlo, vel in terra, aut in visceribus terræ, vel in partibus diuersis aeris, patere non potest secundum naturam, sed ex fidei fundamentis hæc habentur. Satis autem conueniēter & rationabiliter dici deberet, quod animæ illæ, quæ in virtutibus & actibus bonis studentes a corporibus recesserunt, debeant esse in loco excellenti, sicut in cœlo, cum probauerimus eas semper gaudere debere, & animæ quæ sceleribus implicite corporum reliquerunt incolatū, rationabiliter videtur debere in locis tristibus esse. Sed hæc quidem suauorū rationes sunt. Necessitas autem demonstrationis in his nulla est. Nam hoc præsupponit aliquem esse iudicem distributorem pœnarum, & gaudium pro sceleribus, aut studiosis operationibus.

De quo apud eos, qui sola naturali ratione speculantur, nulla fidei illustrati luce dubium satis magnū est.

De hoc autem apud antiquos nimia varietas extitit in eis, qui aliquid pœnarum, & gaudiorum posuerunt. Plato namque quamquā Pythagoricus non plane extitit, Pythagoreorum tamē positionem, in quibusdam inuitatus est, dicens animas humanas in corporibus fuisse astrorum, & inde in corpora deriuatas in quandam quasi pœnam. Post exitum autem a corporibus iterum ad astra redire: rursus autem ad corpora alia, sic ut infinita fiat circulatio. De his Aug. de Ciuit. lib. 19. Sed ista Platonica positio nō potest stare, sicut nec pythagorica, eadem namque ista asserit, quæ Pythagorica positio in prima parte asserbat. scilicet anima humana in alia humana corpora deriuari, & transmigrare possit. Quod pater, quia cū animæ postquam in corporibus fuerint ad astra tendant, & post astra in corpora redeant, non dicuntur redire in eadē corpora, in quibus antea fuerant: sed ad alia, quod est manifeste incidere in dictum Pythagoricum, scilicet quod anima in vno corpore existens possit transire ad alterum corpus, quod penitus improbatum est. Aliū modum locorum, in quibus animæ post mortem sunt posuit Virgil. in 6. Aeneidos, qui Platonius valde est, sed quæ poeta est, poetico modo, & quasi per integumentā platoniam assertionem dedit. Introducit enim Aeneā Troianam petentem a Sybilla Cumanā, vt eum per infernas duceret sedes, quo pacto ei Anchisem patrē suum videre, atque eidem colloqui contingeret, cui cum Aeneas loqueretur de omnibus, quæ sibi occurrerant, qualiter apud inferorum ageretur loca, perquisiuit, cui pater, vt fuerat interrogatus respōdebat, tādē inquisiuit an de Tartareis illis sedibus aliquas animas in cœlos ire contingeret, vel aliquas in corpora reuerterent. Ad hoc autem Anchisem quasi aliquod magnum enotare nitens, primo de natura animarū disseruit, dicens quomodo in singulis rebus animæ essent, & de anima mundi. Adiunxitque animas mox a carne solutas carcere inferorum petere loca, ibique iuxta delictorum qualitatem varios suscipere cruciatus, quibusdam igne vitaci scelera exuruntur. Aliæ autem in magnitudine amplissimi maris sub profunditate fluctuum facinorum eluunt pœnas, quædam autem ad aras pendunt. Cum vero scelerum maculas prorsus eluerint, ad Elysios mittuntur campos, qui Tartareis sedibus propinqui sunt, ipsosque poetarum concio beatos vocat campos, in quibus cum per annos mille perstitissent, nullo penitus manente, quod purgari debeat in animabus, sed ad modum ignis puri plenam adeptis sinceritatem, tūc omnes illas Ely-

siarum camporum per vices suas Deus ad Lethæum amnem facto cōuocat agmine, vbi cum obliuiofam illam aquam hauserint, inuisum prorsus obliuio: velut si inebriata forent in corpora redire cupiunt, quæ ideo Deus fecit, vt ad corpora gratis redire vellent. redeunt ergo iterum in corporibus victuræ, rursusque sedes Tartareas atque Elysios petitura: campos.

Hæc positio cum platonica satis consonat, quin potius Virgilius cum prorsus platoniam teneat positionem, nihil aliud quam Plato exprimere voluit. Plato ramen planē, vt philolophum decet, Virgilius autem per quasdam circulationes iuxta poetarū officia obliquauit. Differt autē ista positio aliquantulum à Pythagoreorum positione. Nam illa, nec in astra iuxta platoniam positionem, nec infernas sedes, atque Elysios eāpos iuxta Virgiliū reduces facit, sed mox a corporibus exeuntes in alia corpora, siue hominum, siue bestiarū, vt fors obtulerit, subintrare cogit. De hoc Virgil. Aeneidos libro sexto, introducens Anchisem respondentem Aeneæ, ait.

*O pater, an ne aliquas ad cælum hinc ire putandū est  
Sublimes animas, iterumque ad tarda reuerri  
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?  
Suspexit Anchises, atque ordine singula pandit.  
Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo.  
Principio cælum, ac terras, camposque liquentes,  
Lucentemque globum Lunæ Titaniamque astra  
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus  
Mens agit at molem, & magno se corpore miscet.  
Inde hominum pecudumque genus, vitæque volantum.  
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.  
Ignea est ollis vigor, & cœlestis origo  
Seminibus quantum non noxia corpora tardant.  
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.  
Hinc metuumt, cupiuntque, dolenti, gaudentque, nec auras  
Respiciunt clausa tenebris, & carcere cæco.  
Quin & supremo cum lumine vita reliquit,  
Non tamē omne malum miseris, nec funditus omnes  
Corporea excedunt pestes, penitusque necesse est  
Multa diu concreta modis inolescere miris.  
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum  
Supplicia expendunt, alia panduntur inanes  
Suspense ad ventos, alijs sub gurgite vasto  
Infandum eluitur scelus, aut exuritur igni.  
Quique suos patimur manes, exinde per amplum  
Mittimur Elysium, & pauci læta arua tenemus.  
Donec longa dies perfectæ temporis orbe  
Concretam exemit labem, purumque reliquit  
Æthereum sensum, atque auræ simplicis ignem.  
Has omnes, vbi mille rotam voluere per annos,  
Lethæum ad fluiuium Deus euocat agmine magno:  
K Scilicet immemores supera, vt conuexa reuisant,  
Rursus & incipiunt in corpora velle reuerri.*

In hoc inferno pœnarum multiplicitates Virgil. in eodem 6. Aeneidos esse dicit, ita quod enumerari nequeant, cum ait,  
*Non mihi si lingua centum sint, ora que centum,  
Ferreæ vox, omnes scelerum comprehendere formas,  
Omnia pœnarum percurrere nomina possim.*

In hoc autem Virgilius non solum infernum esse eluendis sceleribus deputatum asseruit, sed etiam vbi fuerit expressit. Dixit enim illum esse in Campania apud ciuitatem Cumarum, a qua Sybilla Cumanā, vel Cumæa dicitur, quam oraturus Aeneas adiit, tanquā Apollinis vātē, vt ei inferni relexeret abscondita, ostē-

dens

dens ei Anchisem patrem suum. Huius autem causa est, quoniam prope in Sicilia quædam vorago montis aperta est, quæ ignes eructat, quam poetæ Aethnā vocant, alia quoque est quam Vulcanum dicunt idētidem ignibus exundans euomit. nullus igitur poetis ad ponendum in toto mundo infernum conueniētiōr locus uisus est, quam terra Campaniæ. in hac autem posuit Virgilius ad stygium flumen nauam animarum ad infernas sedes transeuntium portitorē quem Charontē nuncupauit. Descripsit quoque tres inferorum iudices: multa quoque personarum cognitarum ab Aeneā supplicia assignauit & causas. Alia quoque ad idem pertinentia, de quibus omnibus in toto 6. Aeneidos: nihil aliud miscens.

Sed non eandem positionem sequitur Seneca in tragoedia prima, cuius nomen est Hercules furens: cum introductor Thebes de inferis cum Hercule egressus: Amphitroni regi inferorum principatum, & habitudinem atque cruciatus enarrans in carmine septimo, quod incipit. Spartana tellus nobile attollit iugum.

Hanc eandem positionē tenet Ouidius Metamor. lib. 4. idem autem omnes alij poetæ expresserunt, qui proprie poetice locuti sunt.

Ex dictis autē duo animarū receptacula post mortem manere patet, scilicet purgatorium, & Paradisum. Primus quidem locus, in quo Virgilius caterique poetarum animas pro flagitiorum mensura puniri dicunt, infernus dici nō potest eo modo, quo nos infernum appellamus. Infernum siquidem catholicorū vocat asserit pœnalem locum, in quo seueritate pœnali in æternum animæ cruciatur remissione penitus interdicta. Nullum tamē Virgilius locum assignat, in quo pœnalis quæcumque acerbitas aliquando nō terminetur. Nam cum illa stygia sedes animæ subintrauerint, vsque quo iuxta scelerum mensuram pœnarum quantitas exequitur, illic mancipatæ sunt, cunctis autem digne sublatis ad campos Elysios trāsmittuntur, vbi lætitiæ locus est, nulla namque ibi irrogatur pœnalitas.

Secundus locus, quem poetæ animarum a corpore solutarum receptaculū faciunt: ad campos Elysios pertinet, vbi animæ in amēnis vagantur locus cum delictorum condignas pœnas eluerint. Hunc non inconuenienter Paradisum dicere quis valeret. Nam vt in paradiso nos simpliciter quietē ponimus: ita isti quædam in Elysijis campis lætitiā cōstituant. Nec tamen prorsus in Elysijis campis ipsi constituant, quæ nos de paradiso prædicamus. Nos enim eas animas, quæ in cœlo collocantur integram puritatem attingisse asserimus, nec in eis quicquam manere purgandum. An inque tamen, quæ ad Elysios transeunt campos, quamquam nihil ulterius memoris, aut vilius pœnalitatis sublatæ non sint, ad totalem tamen nondum puritatem peruenerunt, quantum in cœlesti igne, vel æthere ponunt. cum verò per mille annos singulari in Elysijis campis permanescent penitus depurantur, ita vt Æthereum sensum, & simplicis auræ ignæque naturæ puritatem suscipiant. Alia differentia paradisi, quam fides catholica asserit a positione Elysiorum camporum est, quia qui semel vita æterna positus in ea semper manet, qui tamen de stygijs sedibus secundū Virgilianam positionem in Elysios trāsibat campos, ibi mille annis manens ad similitudinem cœlestis ignis depurabatur, tunc a Deo in agmen magnum cum alijs aduocatus Lethæi fluminis aquas bibens, eorum quæ pertulerat oblitus, ac si nunquam quicquam boni aut mali pertulisset, in corpus redire desiderabat atque redibat. Aliæ quoque, huiusmodi differentie multæ inter Virgilianam de Elysijis campis & catholicam

Alph. Toff. De statu animarum.

A positionem de paradiso sunt, quas assignare facile esset. Causas autem, quare poetæ singula horum dixerint præcipuè Virgilius, qui in his magis instat: & qualiter Virgiliana positio ad platoniam reducatur peculiari, maioris atque prohibitionis satique differentie speculationis negocium est, ideo à præsentī secludat.

Hanc autem Virgilianam positionem caterorūque poetarum de receptaculis animarum post mortē antiqui philosophi inter Gentiles improbant. Tullius enim in 1. Tusculanarum quæstionum eam improbat, atque apud omnes philosophos eam asserit improbari. Exprobrat quoque iuuenalis poeta Satyricus hanc positionem in Satyra 2. quæ incipit: Ultra Sauro matas, & Glaciale Oceanū fugere hinc libet: cū ait.

*Esse aliquos manes, & subterranea regna,  
Et Contum, & stygiarum in gurgite nigra:  
Atque vna transire vadum, tot millia cymba.  
Nec pueri credunt nisi qui nondum ære lauantur.*

Addunt quoque isti poetæ, quorum præcedens positio extitit animas in cœlo esse. Has autem de stygijs sedibus, aut Elysijis campis ascendere non ponebant: sed ex terra ipsa ferebantur in cœlum, nullo impediente. Hos autem, qui è terra in cœlum ascendunt Deos dicunt viuentes in corporibus, & animabus: Hos autē stellas dicunt. Quamlibet autem stellam, & constellatōnem Deum asserunt. Hos trifariā diuinitate Deos quosdam selectos Deos, id est multum electos appellantes. Alios autem semideos, quia ex media parte dii sunt. Tertij autem rustica numina appellātur. De primis, qui selecti, id est forsum electi, aut valde electi dicebantur vigintiduo dii erant, de quibus Seneca in multis locis ait. De his quoque tangit Aug. de Ciuit. Dei. libro 6. & 7. Hos autem selectos Deos esse diffiniunt, qui ex vtroque parente dii sunt. Pater namque, & mater dii sunt: hos autem in cœlo prolem gignere sexuū commixtione, vt cunctis conuenit animalibus, poetæ concedunt & asserunt. De his Martianus Minus Felix Capella lib. 1. de Nuptijs Mercurij, & physiologiae. Prosa prima.

In secundo gradu Deorum semidei ponebātur. Hi enim integre dii non sunt, sed ex dimidio Deos esse nominis eorum origo prodit. Hoc autem quoniā nō extitit eis vterque parens Deus, sed vnum parentem Deum, alterum autem hominem habebant. Omnes autem huiusmodi semideos poetæ primo mortales fuisse homines asserunt: postea verò in cœlum ad astra translatos dicunt, ipsosque in astra conuersos asserunt. Sic enim Romulum semideum dicunt, quoniam eum Martis qui Deus erat filium, & Iliam virginis filia Numitoris regis affirmāt. Sed in hoc Romani poetæ nimis auctori urbis suæ Romulo indulserunt. Nam Iliam Romuli matrem cum virgo vestalis ab Amulione auunculo suo effecta foret, vt ex ea nulla regnatura proles nasceretur, Numitori auo successura: per stuprum à quodam ignoto viro deflorata est, quam cum Amulius prægnantem reperisset vsque ad partus effusionem cōseruans iuxta vestalium virginum antiquam legem viuētem tumulauit. Paruuli autem in Tyberi expofiti à quadam lupa enutriti sunt. Ne tamen Romani Auctorem suum defectū in natalibus pati consteantur, si eum ignoti cuiusdam viri filium prædicauerint, a Marte Deo bellorum Iliam matrem eius fecundatam tradiderunt. De his tangit Paulus Orosius lib. 1. de Ormesta mundi.

Herculeum quoque semideum dicunt, quoniam pater eius Deus extitit, Iuppiter scilicet, mater autem mortalis fuit, scilicet Alcmena vxor regis Amphitronis. Idem de Perseo filio Iouis, & Danae. Idem de Mercurio Iouis, & vnus de septem Pleiadibus, quæ Maia dicitur filio.

B 2 Alijs

Alijs autem semideis præpostera origo erat, scilicet, ut matribus deabus geniti forent, & mortalibus patribus. Sic enim Aeneas filius Anchisæ viri Troiani, & veneris deæ prædicatur. Achilles quoque a Peleo, & Thetide natus est. Peleum autem mortalem virum dicunt: Thetidē autem marinam deam atque inter selectos computaram. Multi quoque in hunc modum de semideis sunt.

Præter hos autem alij semidei sunt, quos ex neutro parentum Deo natos dicunt, sed eos admirabilij factorum gloria supra celos tulit atque in stellas vertit. Sic multi in cœlo stellificati referuntur. Sic septem Pleiades, quæ alio nomine septem Athalantides nuncupantur a patre matreque mortalibus, scilicet ab Athlante, & Pleione in cœlo locavit antiquitas, quam septem stellarum constellationem vulgus septem capellas vocat.

Sic quoque septem Hiades, quas Latine fuculas appellamus in cœlo gentilitas collocavit, quas vulgato nomine profertentes Gallinam cum pullis nuncupamus. Idem de Calistone, quæ alio nomine Parafis dicitur, & de Archade filio eius in Septentrionalibus conuersis Virgas.

Tertium Deorum genus in Rusticis numinibus collocatur. Horum autem quidam in cœlo sunt, alij autem nequaquam. Eorum autem rusticorum, qui cœlestes mansiones non habent quædam aliquando in cœlo manebant, alia autem non, sicut declarat Ovidius Metamor. lib. primo cum de diluio Deucalionis incipiat, in quo Iuppiter vniuersam terram delere noluit, ne cum ea rustica numina, quæ nōdum in cœlum peruenierant delerentur. Alia autē in cœlo sunt, de quibus Martianus Mineus Felix Capella lib. 1. de Nuptijs phisiologia, & Mercurij ait in Prosa penultima, vbi totum cœlum in 16. diuidit mansiones, in quarum qualibet dii aliqui de rusticis numinibus morabantur. De his autem dicit, quod præcepto Iouis congregati sunt, ut deliberarent, an Mercurij, & phisiologiae deberent matrimonialia fœdera copulari. De his dijs poetæ infinita deliramenta confingunt, de quibus penitus subtriciisse expediens est.

Hos apud gentes felices esse tradunt, qui in quodam loco tertio, aut receptaculo erant, quod Paradisus vocari possent.

De his vero dissimile est ad animas, quæ in Elysijs morantur campis. Nam qui Elysijs campos tenent euoluta mille annorū rota ad Iathenū flumen agente Deo contuocantur: vbi ebibito obliuionis poculo, omnium, quæ pertulerant immemores facti, in corpora redire desiderant ac redeunt. Animæ autē, quæ supra astra, aut in ipsa astra conuersæ sunt, amplius in corpora reditura non sunt, sed in eisdem in æternum manent. Sicut autem prior Virgiliana positio a philosophis reprobatur, ita & ista improbanda est, quoniā manifestiores errores continet, si inspiciantur. Apud antiquos igitur, qui aliquid sapiebant nulla præcedētijs fouetur opinio. Ob hoc Tullius, qui tam in Rhetorica quam philosophia satis floruit, qui & philosophorum antiquorū fere nouissimus fuit, sante Christi sum per annos quasi 40. defunctus, in quiens de statu animarum post mortem animas immortales esse dixit, easque de conditione cœlestis ignis, ex quo omnia stellarū corpora sunt. Post mortē aut luteo soluto carcere liberiores sunt in intelligendo, leuitate quoque sua in cœlos conscendunt solari corpori, aut aliarū stellarum se iungentes. Et quia animæ de natura ignis cœlestis (ut ipse opinatur) sunt: similia quoque a similibus adiuuantur, necesse est, ut animæ nostræ cœlestibus coniuñctæ corporibus ad intelligendum aptiores sint, atque liberiores actum habeant, ex eo autē eminen-

Tullius obiit ante Christi aduentum annis fere quadraginta.

tissimo loco, terræ globū, & maris anfractus, & obliquas circulationes, atque æreorum regionum descensionem intuentur, & intelligunt cuncta, quæ sunt. In his autem perfectum earum gaudium cōstitit, a quo nunquam sibi cessandum est, nec aliarum generandarum rerum curas habent. De his Tullius lib. 1. Tusculanarum quaestionum. Inter omnes autem enarratas in superioribus gentilium positiones nulla est, quæ ita rationi atque catholicorum fundamentis consentiat. Hæc tamen adhuc catholica positione satis discors est. Primo quidem, quia nullam post defunctū morte corpus animabus eluendorum scelerum purgationem relinquit, ad participationem tamen fructus vitæ æternæ neminē catholica consentit positio, nisi eum, qui penitus ab his expiatus est. Secundo differt a positione catholica, quoniā catholice loquentes in visione Dei beatitudinē collocamus, cū Deus summum bonū sit. Hic tamen Cicero in cōsideratione totius cœlestis globi, & elementaris regionis aspectu atque perfectā intelligentia felicitatem ponit. Sed de his non oportet vterius dilatare sermonem.

Vide Par. rad. 5. c. 85. & 86.

Q V A R T A C O N C L V S I O.

*Infernus, quem statuit positio catholica, conuenienter poni nequit in regione ignea, id est, quod infernus in igne stare non potest.*

**S**It quarta conclusio. Infernus, quem statuit positio catholica, conuenienter poni nequit in regione ignea, id est, quod infernus in igne stare non potest. Nunc enim varijs tam poetarum quā gentiliū philosophorum positionibus ex parte tactis, & ex parte discussis, ad eam, quæ catholicorum est positionem aliquando accedamus. Omnes namq; qui philosophantes de suo in hac parte locuti sunt, a Deo nihil illustrari, veritatē, quam catholica positio statuit, pertingere nequiverunt. Quæ si ad alias positiones gentiliū, & poetarum confectatur, ablato etiā fidei fundamento, & diuina in hac re aliquali declaratione, & auctoritate, sola naturali ratione in vtriusque inspecta, apparet hæc ceteris rationabiliorē fore. Et si oēs prepositæ positiones, singulaq; alia quas naturali ratione homines excogitare, & statuere valent, in vnū collatæ, alicui viro magni iudicij præsentarentur, qui in nullā earū abundantius quam in aliam affectus esset, proculdubio rationabiliorē catholicā assereret positionē. De vilissima turpissimā atque insipientis Mahometi iatis rudi positione quantum ad vitam æternam dicere non attinet. Nā ipsa manifestissime irrationabilior est omnibus gentilibus atque poetis positionibus superius enarratis. Catholici autem tractatores tria animarū principalia receptacula esse ponūt, quāquam præter hæc alia quoq; sunt. De his autē dubitari nequit, quoniā teste ipsa sacra scriptura, hoc confirmatur, scilicet gehēnæ supplicia, & purgatorias sedes, atq; ipsa gaudia Paradisi. Primus horū locorum est gehennæ receptaculum, vbi incendia magna, atque frigora aliaq; variarū genera penarū sunt, quæ nobis inexcogitabilia sunt, iuxta Virgilianam assertionem in 6. Aeneidos a sacra scriptura receptam.

*Non mihi si centum linguae sint, ora que centum, Pervea vox omnes scelorum comprehendere formas, Omnia penarum pecurrere nomina possim.*

In hoc aīarū receptaculo demones sunt, qui Angeli sibi naturam sunt, sed malitia sua demones, aut diaboli nuncupantur, hi æternis supplicijs mancipati sunt.

Hic quoque indefinites penæ sunt, & est locus iste vnicus destinatus ad penas separatas. Nec est vbi que, ut aliqui extimauerunt dicentes animas æternis incendijs traditas ibi puniri, vbi peccata commiserūt.

Sed

Sed hoc non stat, quoniā cōtingit, quod aliquis in multis locis peccauerit: ergo in multis locis deberet simul puniri. Sed non contingit eādem animam in multis simul puniri locis: ergo non punitur in locis, in quibus peccauit. Nisi forte dicas, quod anima punitur pro quolibet peccato in loco, in quo deliquit, sed punitur in vno loco vbi deliquit pro peccatis, quæ ibi patrata sunt: deinde in alio loco pro peccatis, quæ ibidem fūt, & ita in omnibus locis punietur pro peccatis, quæ ibi facta sunt.

Sed hoc non potest stare, quia pro quolibet mortali peccato debetur pœna æterna: ergo cum inceperit in aliquo loco puniri, in quo deliquerit, quia pro quolibet mortali peccato æterna debetur pœna, ibi æternaliter punietur, & sic non transibit, ut puniatur in alio loco, in quo deliquit, ita ut nunquam possit puniri in omnibus locis, in quibus deliquit.

Item si daretur, quod aliquis condemnatus in aliquo loco puniretur pro peccato, quod ibi commisit, & ibi puniretur vsquequo completeretur pena debita pro peccato illo, rursus in alio loco puniretur pro peccato, quod ibi commisit, quousque perueniret ad vltimum peccatum, cum peccata cuiuslibet hominis quamquam multa sint, tamen finita secundum numerum sunt. Tunc quæretur, an pro illo vltimo puniretur æternaliter, aut non. Si dicamus, quod puniatur æternaliter vsque ad perfectam pœnarum persequutionem punitus fuit, & tamen pro nullo eorum, nec pro omnibus simul sumptis fuit punitus æternaliter: ergo nec pro ipso puniretur æternaliter.

Si autem dicamus, quod pro isto vltimo punitur, sicut pro quolibet alio, sicut pœna cuiuslibet aliorum, & omnium simul sumptorum est pena temporis finiti, ita pœna huius vltimi erit pœna finita. Et sic dabitur, quod illi, qui in inferno sunt non puniantur æternaliter, quod contra catholicam doctrinam est. Non est ergo idem locus punitionis, & delicti.

Si autem aliquando, quod rarum est aliquas animas æterno mancipatas igni per diuersa terrarum atque maris, & æreorum regionum loca penas tolerare cognouerimus, hoc regulare non est, sed ad quoddam mysterium utilitatis viuorum est, ut sic cognito aliquid in viuentibus permutteret. De hoc Gregor. in 4. Dialog.

Dicendum est igitur eos, qui in mortali culpa decesserunt, æternis pœnis subiectos in quodam ad hoc specialiter determinato loco, quod a nobis Latine infernus appellat. Circa quod aliqui delirauerūt dicentes quidem vnum esse pœnarum locum, sed hunc in aere caliginoso esse, cuius aliquale videtur esse motuū, quoniā infernus pœnarum locus est: In aere autē caliginoso hæc conuenienter sunt, cum locus ipse ad pœnas adaptetur. Est enim ibi qualitas nimis afflictiva in gradu excessiuo, quod infernali loco competit. Qualitates namque actiue, & passiue sunt organa, siue instrumenta quædam substantiarum agentium, & patientium. Hæc autē omnes actiue qualitates, atq; passiue secundum positionem omnium de natura loquentium, quatuor sunt, scilicet caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. harum due, scilicet caliditas, & frigiditas sunt proprie actiue, alia due magis directe ad patientium sunt quam agendum collatae ad duas priores, ideo infernus ibi proprie esse debet, vbi ista due in gradu intensissimo sunt. Et quia intensissimus calor in elemento ignis est, excessiuus autem frigus in aerea regione in aere caliginoso, videbitur alicui non inconuenienter dictum infernum in ignea, aut aerea regione esse.

Fuit autem huius positionis origo. Quidam enim Alph. Toft. De statu animarum.

Probat infernū esse in aere caliginoso vbi in igne.

**A** volentes platonice inniti positioni cum ipso dixerūt totam vniuersalem mundialem machinam ex 4. elementis constitui, ita quod præter quatuor elementa atque formata ex his corpora nihil in vniuersitate rerum esset. Quo pacto ipsos cœlestes orbis atque astrorum corpora elementares substantias crediderunt. Vnde de celum substantiā igneā dixerūt, & altra esse corpora ex igne purissimo cōstantia. Demōstrat autē hoc cœli nomen. Cœlum enim apud poetas atque alios antiquos atque doctissimos scriptores Aether dicitur. Aether tamen ex sua primaria origine ignem notat. Et quia secundum astrologicā atque notam satis positionem planeta in influendo caliditatem distemperatior Mars est: in cœlo Martis puriorem atque viuaciorem constituerunt ignē. Addiderunt quoq; phlegmōntem fluiuum, qui ab omnibus poetis apud inferos esse asseritur, atque ardēs, & vrens ex Græca origine interpretatur cœlum Martis esse, scilicet in medio, & in viuaciori loco igneæ regionis. Hanc tēgit positionem Martianus Mineus Felix Capella in libr. de nuptijs Mercurij, & physiologia: Prosa prima distinet. secunda quæ incipit. verum eisdem annis diuersicolor fluento rum vnda raptat. vbi de planetarum conditione agit.

De his latius met abulen. Gen. 2.

Sed hæc stare nequeunt, quia præsupponunt cœlestia corpora ex elementalī materia esse, lignea, quod contra doctrinam omnium philosophantium precipue Arist. & omnium Peripateticorum militat, identidem quoque contra omnem catholicorum doctorum positionem est. Item hoc patet vterius, quoniā corpora cœlestia omnes incorruptibilia tam secundū totum quam secundū partem dicunt, elementalīa tamen corpora corruptibilia sunt, ipsa autem elementalīa quamquā secundum se tota corruptionē nullā patiuntur, ne deficiat aliqua de partibus principalissimis vniuersi, tamen sibi partem corumpuntur. Igitur cœlum, aut elementum, aut elementalium corpus esset, in eo aliquam causari secundū se corruptionē, necesse erat. Nullam tamen aduenire peregrinam concedimus impressionem: ergo nec elementū, nec elementalium est. Itē non conuenit ista positio quantum ad id, quod dicit, scilicet infernus sit in corporibus supra cœlestibus. Nam infernus locus mēioris est. nō decet igitur, quod sit in perfectissima, atq; iocundiori vniuersi parte, sed in ea, quæ imperfectior est, atq; ad infligendum penas apta, scilicet ipsa loci facies atq; qualitas ipsa horrorem quendam atque timorē incutiat, in corporibus autem cœlestibus hoc nō est, cū illa sint perfectissima in tota naturā vniuersitate. Non congruit igitur, ut in corporibus cœlestibus infernorum locus asseratur. Aliæ ad hoc rationes esse possent, de quibus ad nos nihil attinet.

Q V I N T A C O N C L V S I O.

*Æternorum suppliciorum locus, qui infernus dicitur in aere caliginoso nequaquam statuitur.*

**S**equitur quinta conclusio. Æternorū suppliciorū locus, qui infernus dicitur in aere caliginoso nequaquam statuitur. Et est sensus, quod non potest poni infernus in aere caliginoso. Erat autē secūda qualitas actiua, & maxime afflictiua frigiditas. Hæc. n. excessiua in aere caliginoso ponitur, ita quod in toto vniuerso non sit tanta frigiditas, quanta in loco illo est. Infernali autem loco competit qualitas actiua nimis afflictiua, qualis est intentissima frigiditas: ergo in media aeris regione est: ista n. media aeris regio excessiuā totū naturæ rerū p̄tinet frigiditatē, non quidem ex natura aeris, quā aer secundum se calidus, & humidus est. Principatus autem frigoris secundum naturā in elemento

Quod infernus nō sit in aere caliginoso.

B 3 aquæ

Quare aer fit frigidior q̄ aqua.

Quare aer fit frigidior q̄ aqua. Hoc autem patet, quia nix frigidior est aquatico elemento, nitius tamen generatio in aerea regione est, & non in aqua. Oportet ergo locum, in quo nives gignuntur frigidiores esse loco, in quo aquae sunt. Itē grandines, & lapides magni geniti per meteorologicam impressionem frigidiores sunt aqua, oportet ergo, ut locus ille, in quo gignuntur, frigidior sit, quam aqua, quoniam id, quod gignitur contrahit præcipue virtutem a loco generationis, cum ab omnibus ponatur locus generationis tanquam principium rei genitæ. Et hoc, quia genitum gignitur virtute influentiæ receptæ in loco, in quo fit generatio. Sed omnia hæc in aere gignuntur, ergo frigidissimus locus est aer per cuius actionem res tam frigida generantur.

Item si aqua esset frigidior aere, esset in medio sui frigidior, quam in aliqua superficie tam superiori, quam inferiori, cum in medio non habeat mixtionem cum aliquo alio elemento, scilicet nec cum terra nec cum aere, in superiori namque superficie aqua aeri coniungitur, in inferiori autem terræ permiscetur, a quibus ad aliquam extraneam qualitatem perducipotest, quod in medio fieri nequit. sed hoc falsum est quoniam frigidior est aqua in superficie superiori, qua aeri coniungitur, quam in medio, ergo non est frigidior aere. Hoc apparet, quia tempore magnæ hyemis pisces fugientes superiores aquæ partes propter nimiam frigiditatem, ima petunt, ubi tanta frigiditas non est quanta in parte superiori.

Itē inter omnia frigidissima, quæ in vniuerso sunt, aqua gelida, scilicet ipsum gelu frigidissima est, gelu tamen non gignitur in aqua ex virtute actiua aquæ, sed propter actionem aeris, est igitur frigidior aer aqua. Quod autem gelu virtute aeris, & non aquæ generetur apparet, quoniam si propter aquam fieret, in medio aquæ gelu priusquam in superficie superiori gigneretur, in medio namque aqua purior est nulli extraneo commixta elemento, scilicet nec aeri nec terræ, fieret igitur, ut gelu prius in medio aquæ gigni inchoaret, ita ut parua crusta fieret, deinde paulatim concreta usque ad superficiem aquæ perueniret, ubi aeri coniungitur, penitus tamen è contrario fit. Nam cum aqua incipit congelari, in superficie eius, qua immediate aeri coniungitur quædam parua crustula gelidarum aquarum fit, deinde cõtinuis versus profundum adaugetur incrementis quousque tota aqua gelida fuerit, immo tota gelu facta. Aerem igitur, a quo in aqua intela causatur frigiditas, aqua frigidior esse necesse est.

Sicut autem aerem aqua frigidior esse indutum est, ita identidem de eius collatione ad terram dicitur, si eum maiorem cõtinere frigiditatem, quam in terra sit. Si enim terra frigidior aere esset, cū aqua gelida fiat ex actione magni frigoris, necesse erat, ut magis terra frige faciens aquam gelidam efficeret, quæ aer, quod falsum est. Nam aer gelu in aquis causat, & non terra, quod apparet, quia si terra gelidas aquas efficeret, cum omne naturale agens agat in ea, quæ propinquiora sunt, quia actio per contactum est iuxta Aristot. 2. de Generatione, & corruptione, inciperet aqua gelida fieri ab ea parte, qua immediate terræ coniungitur, si in inferiori superficie, & cõtinuis incrementis usque ad superioræ aquæ superficiem, in qua aqua aeri coniungitur, perueniret, è contrario tamē accideret semper manifestum est. Nam cū aquas gelidas quisquam fieri conspexerit, primo a superficie superiori aquæ ubi aeri coniuncta est crustula quandam gigni videbit, quousque adaucta frigiditate agente continue aquæ partes congelentur usque ad imum.

Cur aer sit frigidior terra.

Necessarium est igitur confiteri aerem aqua, & terram frigidior esse, & consequenter aerem esse frigidissimum, quod in tota rerū vniuersitate sit, quamquam a complexionē sua nulla ei frigiditas inest, sed calidus, & humidus est.

Modus autem, quo aer cum non sit secūdū naturam frigidus, sed calidus, & humidus tantum infri-gidetur, ut sit frigidissima rerum, est quoniam secūdum communem, & directam naturæ actionem calida calefaciunt, frigida infrigidant, & humida humefaciunt, siccorum autem actio est desiccare.

Est autem alius modus actionis naturæ, quo frigida calefaciunt, & calida frige faciunt. De humidis autem, & siccis idem iudicium est. Iste secūdus modus actionis secundum Aristotelem in libris Meteor. vocatur per antiparitasim, quasi actio ex contrariorū resistantia.

De hac autem multa in natura exempla patent, velut si quis valde frigiditas manus habuerit, cum eas primo ad ignem applicuerit, acriorem frigiditatem sentiet, quam antequam eas applicuisset. Hoc igitur modo caliditas frige facit. Huius causa est, quia contraria naturaliter in seipsa agunt, & a seipsis fugiunt, cum autem aliquis nimis frigidus igni se applicat, caliditas in frigiditate agit, ut eam destruat, frigiditas autem in seipsam coniungitur, ut ei resistat. Et cum aliqua virtus, vel qualitas coniugitur, ut resistat, fortior est, quam cum diuisa est, iuxta communem regulam in natura, omnis virtus vnita fortior est se ipsa diuisa. Vnde necessarium est fortiorē esse illā frigiditatem cum ei caliditas magna coniungitur. Et quia quæcunque qualitas actiua, tunc fortiorē actionem habet, cum ipsa fortior est, necesse est, ut magis frigeat, qui nimis frigidus existens igni accedit, quā antequam applicetur. Et ibi cum primo adiunctus fuerit magnum sentit cruciatum, cum intensissime agat frigiditas recedens a calore ignis.

Propter quod interdum accidit, ut qui in alpibus magnam frigiditatem susceperit, cum ad ignem fortissimum applicetur, manus ei, aut pedes cadat a reliquo diuisa corpore, quod non accideret cum in magnis frigoribus alpium iste cõsisteret, quia hic repercussa frigiditas a calore igneo fortior efficitur, & cū sit proprietas frigoris cõstringere, & a maxima frigiditate constructio maxima consequatur, tanta partium frigidarum constructio fiet, ut ab inuicem se iungantur, & sic manus, aut pedes a reliquo corpore diuidentur. Aliud simile huic exemplum patet, si quod frigiditas calefaciat, quod in fabris apparet, qui volentes intensiorem facere ardorem carbonum ignitorum, super eos aquam guttatim spargunt, & tunc maior, quam præferat ignis insurgit. Causa est, quia cum aqua super ignitos carbones iacitur, calor in seipsum colligitur, & angustatur ne a superueniente frigiditate vincatur: Et quia virtus vnita maior est seipsa diuisa, fortior calor efficitur, & acrius exurit. Multa his similia in natura exempla sunt.

Iste modus actionis per antiparitasim est, quo nives, & grandines, fulmina, & fulgura, ceteræ quoque meteorologicæ impressiones fiunt. De his Aristot. in libris Meteor.

Nunc autem dicendum, quod regio aerea tenet a superficie terræ, & aquarum usque ad igneam regionem. In hanc autem regionem accedunt de terra, & aquis multæ exhalationes atque vapores diuersarum qualitatum, quorum quidam humidus, alij siccus sunt. Hoc autem, quia sol calore suo subtiliat, & erigit has fumositates, & incorporatus illis eleuat illas in aeream regionem. Non possunt tamen iste fumositates exhalationum, aut vaporum surgere usque in regionem igneam ad

Duplex modus calefaciendi, & frigidandi naturaliter.

Cuiuslibet astri radij sunt duplices.

Exemplum, quod radius reflexus sit.

ad extremitatem aereæ regionis, quod triplici ratione factum videtur.

Primo quoniam non possunt istæ fumositates ad regionem igneam ascendere, quia cum fumositates istæ terræ sint, quamquam non sint partes terræ, retinent tamen quandam terræ conditionem in gravitate, ideo eis locus aliquid grauitatis cõpetit, sphaera autē ignea, & extremitas aereæ regionis loca summe leuitatis sunt. Non igitur poterunt competere istis fumis eleuari a terra.

Secūda causa horum, quia qualitas istarum fumositatum est contraria ad qualitatem sphaeræ igneæ, & extremitatis aereæ regionis. Nam conditio harum fumositatum est, quod humidæ sint, ut plurimum, aut siccitatem quandam terrestrem habeant cum frigiditate: in extremitate autem regionis igneæ, & aereæ caliditas magna est. Sed contrarij ista lex est, ut cū mutuo se expellant in eodem subiecto, aut loco esse non possint. Non poterunt ergo hæc fumositates terrestres in regione ignea, aut in extremitate aereæ regionis apud ignem consistere.

Tertia in his causa est, quoniam istæ fumositates non sunt directe elementa, aut elementata, sed quædam impuritates elementorum, potissime ipsius terre: conditio autem ignis est omnes impuritates consumere, & qualibet res seipsam conseruare cupit, & mortem perniciemque deuittat, necessarium est, ut ista ab extremitate, & confinio aereæ, & igneæ regionis fugientia alium locum inferiorem teneant. Hoc autem est, quod isti vapores à terra eleuati manent super terræ superficiem in ipsa aeris regione. Fit enim ista eleuatio per radios solares incidentes, vel reflexos.

In quo breuiter supponendum est solis, & cuiuslibet astri duos esse radiorum modos, scilicet radios incidentes, & directos, & radios reflexos, & obliquos. Primi sunt, qui directe veniunt a corpore solis, vel alterius astri usque ad terram, quam non pertranseunt propter duriciem, & soliditatem. Hi ab aetris venientes usque ad terram nullius medijs obiectu confinguntur, nec reflectuntur. Et incidentes dicuntur, quia in aliud cadunt, scilicet ab ipsorum astrorum corporibus super terram incidunt.

Secundi vocantur radij reflexi, & obliqui: hi sunt, qui à terra cõsurgunt. Cum enim in terram inciderint radij directi astrorum, quia illa est densa, non valent vltra pertranse, sed surgunt ex ipsa in aerem resilientes ex ipsa. Sic in omnibus rebus duris esse videtur. Nam si lapis lapidem, aut ferrum tetigerit, confestim inde resilit.

Quod autem isti, quos reflexos radios nuncupamus sunt, apparet quia si ponatur vas aliquod magnū aqua plenum, vel lebes, vel peluis ad solem, & sit iuxta aliquem parietem, ad quem nulli radij solares ante hoc pertingebant obstaculo aliquarum mediarum rerū, ex illa aqua radij resiliunt tangentes, & illustrates parietem ac si in eā solares inciderent radij. Sed isti non sunt radij directi, & incidentes: cum sol directè illum parietem tangere non possit, & ante hoc non tangebatur, sed nunc videtur ex appositione aquæ in qua fit reflexio: necesse est igitur, ut præter radios incidentes alij sint, qui reflexi nominentur. Non enim possumus dicere illos esse radios incidentes: quoniam incidentes radij sunt, qui in aliquam rem solum incidunt: nullus ergo istorum resurgit, sed qui reflexi nuncupantur. Cū igitur fieri debet aliqua eleuatio fumositatum terrenarum in aere: fieri nequit à radijs incidentibus, quia cum ipsi non surgant in aerem, irrationale dictum videtur, quod aliquid in aere eleuent. Secūdi igitur radij, scilicet reflexi sunt, qui aliquid in aerem eleuant, & ad hos pertinent fumositates exhalationum, & va-

porum ad aeream subtiliando, & digerendo eleuare regionem. Et quantum isti radij surgunt tantam secum eleuant terrenas fumositates. Et quia in vernali, & æstiuo tempore radij isti reflexi magis eleuantur: cum radij incidentes sint directiores, propter multam ad nos appropinquationem solis versus perpendiculararem, eleuantur magis terrenæ fumositates versus igneæ sphaeræ regionem elongatæ a terra multum. In tempore autem hyemali sunt istæ fumositates exhalationum, & vaporum propinquiores terræ, quia præ humiditate temporis grossiores sunt, atque ponderosiores, & radij solis nequeunt eas multum eleuare.

Et hoc potissime, quia in hoc tempore sol multū declinat à nobis descendens a perpendiculari. Et cum sint radij incidentes modicum directè, sed quasi veniunt a latere, radij reflexi modicum insurgunt, & modicum eleuare valebunt has fumositates.

Hoc modo necesse est aeream regionem totā tribus partibus quamquam non æqualibus distinctā esse. Et hæc secundū philosophos interstitia nuncupantur. Prima harum est pars, quæ est inter caliginosum aerem, & terræ superficiem. Hæc autē serena est, quia in ea vapores non sunt in quantitate notabili, nec exhalationes.

Secunda pars est, in qua est aer caliginosus, in quo sunt vapores, & exhalationes. In hac autem parte nives sunt: inde quoque ad nos hymbres veniunt, ibi grandinum atque fulminum ceterorumque meteorologicorum entium generatio est.

Tertia aereæ regionis particula est super aerem caliginosum usque ad igneam regionem. Ad secūdam aereæ regionis particulā vapores, & exhalationes perueniunt, in qua summa frigiditas, quæ in toto vniuerso fit, causatur. Hoc modo ex actione per antiparitasim, scilicet istæ fumositates, quæ ex natura terræ, aut aquæ frigide sunt, fugiunt a calore primæ partis regionis aereæ ad medium regionis aereæ, & rursus fugiunt a parte superiori regionis aereæ propter calorem superioris regionis. sunt enim inter duas calidas regiones interclusæ, inter primam partē aereæ regionis, quæ calida est propter solis radios reflexos ibi existentes, & calefacientes. Etiam ab extrema particula regionis aereæ propter cõsinitatem sphaeræ igneæ, quæ calida est. Ut igitur istæ exhalationes frigida se conseruent, vtrinque a contrarijs fugientes in se condensantur, & per vnionem virtus maior efficitur, sicut supra dicebamus de eo, qui frigus magnum passus in manibus, eas ad ignem applicat: nam tunc maior fit frigiditatis intensio. Non est autem alius locus, in toto vniuerso, ubi continue frigiditas per antiparitasim fortificetur, nisi in aere caliginoso, qui inter duas calidas regiones est. Necesse est igitur, ut maior totius vniuersi frigiditas in caliginoso aere sit. Cū igitur in hoc caliginoso aere qualitas magis afflictina in genere suo, scilicet maxima frigiditas foret, conuenienter alicui dici videretur, ut in eo infernus, qui penarum maximarum locus est, statuatur.

Amplius autem hoc induci videtur auctoritate Apostoli in epistola ad Ephesios in cap. 6. cum ait. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed cõtra aereas potestates, & spirituales nequitias in celestibus. Innuit igitur manifeste Apostolus nobis pugnandum esse contra dæmones, qui in aere sunt. Pater autē, quod de hoc dicat, quod nobis non est vlla cõflictatio, nisi aut contra carnem, & sanguinem, quæ sunt ea, quæ in nobis sunt, aut contra id, quod in mundo est, aut cõtra dæmones, qui hostes nostri sunt. Hæc autem pugna, quam hic Apostolus nominat, non est contra carnem, & sanguinem, quod est aliquid in nobis: cū expressè hoc Apostolus insinuet: ergo contra ea,

Aerea regio tria distincta est, vel in tria interstitia.

tra ea; quae in mundo sunt, erit: aut contra daemones...

Ratio, qd infernus sit i aere.

Item quia spirituales nequitiae appellatur, quod de concupiscibilibus huius seculi dici nequit.

SEXTA CONCLUSIO principalis.

Infernum quem ad aeterna supplicia dicimus esse paratum in terrena regione oportet esse locatum.

Sequitur sexta conclusio, infernum quem ad aeterna supplicia dicimus esse paratum, in terrena regione oportet esse locatum.

Hoc autem ex significatione nominis huius secundum omnes linguas, in quibus est apparet.

Item patet hoc ex Graeco nomine: nam in Graeco gehenna, aut gehennon dicitur, quod nos infernum vocamus.

Idem in nomine apparet Hebraeo, quia infernus in Hebraeo Seol dicitur, quod infernum pariter, & sepulchrum significat.

Item patet hoc Nu. 16. ca. vbi cum diceretur de Dathan, & Abiron, quos terra submersit, & absorbit.

Idem patet in Psal. 85. cum dicitur liberaisti animam meam ab inferno inferiori, vbi siue accipitur comparatiuus...

Item ex eo, quod habetur Isa. 7. ca. cum dicitur pe-te tibi signum a Domino Deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra.

Item necesse est poni infernum in terra, & non in aere, quia praecipua poena inferni est ignis, sed in caliginoso aere non est ignis.

afflictivam, sed nulla magis, aut aequae afflictiva est; ut caliditas ignis, oportet ergo ignem poni, vbi infernus fuit.

Firmius autem adhuc patet hoc ex eo, quod habetur Matth. 25. ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius ab origine mundi.

Sed fortassis aliquis ad hoc respondebit dicens, quod sicut in terra ignem ponimus quamvis ipsa elementum, & sphaera distincta sit ab sphaera ignea.

Respondendum est, non posse stare: nam tunc nullus effectus sequeretur de his, quos ibi sequi scimus.

Nunc autem facile responderi potest ad rationes, quibus inducebatur, quod infernus esset in aere caliginoso.

Ad primam cum dicitur, quod infernus est in loco vbi qualitates actiuae afflictivae sunt intensissimae.

Dicendum, quod ex hoc modo arguendi potius contrarium inducitur: nam in inferno non solum est vna qualitas actiua intensa, sed omnes, sed si ponetur in caliginoso aere, solum esset ibi intensa frigiditas.

Ad secundam rationem, quando arguitur de dicto Apostoli, si non est colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus potestates, & spirituales nequitias in caelestibus.

Respondetur, quod ex hac auctoritate inducitur, quod daemones sunt in aere, sed non sequatur, quod sit infernus in aere.

Sed adhuc quidam sunt, qui in inferno sunt vbi sunt animae damnatorum, & isti daemones puniuntur ibi, atque animabus, ut ministri dei poenas parant.

Quod autem autem daemones nefarios homines interdum tentent, apparet ex eo quod habetur Io. 13. c. cum dicitur de Iuda: Accepta buccella panis ingressus est in eum Satan, s. quod postquam panem consecratum de manu Christi accepit, merito praevaticationis

tionis suae diabolus coepit cum tentare acrius quam ante tentauerat. Nec est sensus, quod intraverit daemon in Iudam ad torquendum, vel ad loquendum per eum.

Item daemones tentant bonos viros, sicut apparet de beato Petro, qui tentatus fuit tempore passionis Christi ad negandum eum.

Item daemones cruciant homines, sicut patet in obsessis a demonibus, & in arreptitiis. Nam hi daemones aliquando bonos viuentes premunt, & aliquando malos.

In hoc autem non differt an bonos, vel malos isti daemones dum viuunt puniunt, quia hoc secreto Dei iudicio agitur, cum Satane ministratio in puniendo conueniat.

Ad illam partem inferorum nullius de astris radij penetrare possunt, ut illustrent illam horrendam tenebram atque aeternam noctem, nam infernus in remotissimo loco vniuersi est respectu lucis astrorum.

Nam lux delectabilis est in oculis nostris. Sic ait Salomone, & habetur Eccle. c. vii. Dulce lumen, & delectabile in oculis hominum videre solem.

Item daemones cruciant homines, sicut patet in obsessis a demonibus, & in arreptitiis.

Item daemones cruciant homines, sicut patet in obsessis a demonibus, & in arreptitiis.

teterrimus esse videtur. Et de igne nihil penitus habere videretur, nisi calor magnus eius hoc proderet.

Postio aut horum rationabilis satis videtur. Nam in omnibus aliis ignibus hoc apparet. Non enim sunt omnes ignes equaliter lucidi, sed quidam lucidiores, alij aut nigriores secundum differentiam combustibilium rerum.

In hoc autem non differt an bonos, vel malos isti daemones dum viuunt puniunt, quia hoc secreto Dei iudicio agitur, cum Satane ministratio in puniendo conueniat.

In hoc autem non differt an bonos, vel malos isti daemones dum viuunt puniunt, quia hoc secreto Dei iudicio agitur, cum Satane ministratio in puniendo conueniat.

In hoc autem non differt an bonos, vel malos isti daemones dum viuunt puniunt, quia hoc secreto Dei iudicio agitur, cum Satane ministratio in puniendo conueniat.

Item daemones cruciant homines, sicut patet in obsessis a demonibus, & in arreptitiis.

SEPTIMA CONCLUSIO.

Aethna mons: Vulcanus, & Vesuius non sunt aperturae ad eum locum, qui a nobis vocatur infernus.

Septima conclusio. Aethna mons, Vulcanus, & Vesuius non sunt aperturae ad eum locum, qui a nobis vocatur infernus.

Aliqui ponunt istos montes hiantes esse ora inferni, quorum vnus est in Sicilia, qui dicitur Aethna mons. Alius etiam in eadem insula est, & Vulcanus dicitur, Vesuius autem in Italia est in Campania.

Daemones affligunt, & bonos, & malos.

Infernus est in caelo, vbi nullus ordo.

Vbi sit infernus secundum veritatem reliquas opinionibus. Infernus est in caelo, vbi nullus ordo.

Lux delectabilis est.

Tob 10. vbi nullus ordo.



Ignem esse in inferno et catholici poetæ po-  
nunt.

tam catholici quam gentiles consonant, scilicet, quod apud inferos ignis sit.

Ovidius autem, qui ut vere poeta signis studet, quamquam hoc interdum ad quasdam alias veritates detorquet: de monte Aethna, & eructationibus ignium de eo aliter sentit. Terram enim Siculorum, in qua Aethna mons est, olim gigantum terram fuisse præsupponit, in quo nihil fallitur. Dicit autem ab antiquo gigantes cum dijs pugnavisse, ut eis eiectis celum eriperent, in quo ut affectus non careret effectu, montes montibus imposuerunt, ut ait Ovidius Metamor. lib. primo. Horum autem gigantum princeps ac maximus Tiphæus fuit, qui pro miranda sui atque incredibili magnitudine de terra genitus dicitur. Huic tota insula Siculorum superposita fuit, cum alijs participibus aliarum terrarum montes superponerentur.

Continet autem Sicilia tres montes, scilicet Aethnam, Pachinum, & Pelorum. Libeas autem, qui vnus de montibus Siculorum est, cum his coincidit. Et ob hoc insula illa poetico vocabulo, & antiquo scriptorū more Trinacria dicitur, quasi tres montes habens. Acros enim in Græco mons est. Cum autem tota hæc insula superiecta Tiphæo giganti sit, partes istæ montium partibus corporis eius distributæ sunt, scilicet, quod super caput, & fauces eius sit mons Aethna, super pectora, & ventrem Pachinus mons iniectus sit, super crura autem Pelorus mons, auraltissimum promontorium iaceat.

De Aethna super caput, & fauces iacente Tiphæi habetur per Ovidium in 14. Metamor. in primo versu: cum de transitu Vlyssis per terram Siculorum litera dicere velle ait.

*Iamque gigantes iniectam faucibus Aethnam  
Liquet atq; etc.*

Idest iam transierat Aethnā, quæ est iniecta super fauces Tiphæi gigantis, & tunc cum de causa eructationum ignium ex monte Aethna quaritur, respondet Ovidius hoc esse ex spiraculo illius gigantis magni videntis sub terra, qui ignium magnos globos ex ore mittit per montis illius aperturam. Et cum insula illa Trinacria, siue Sicilia, ut vulgariori vocabulo utar, frequenter terramotibus concutitur: dicit hoc esse, quia tota giganteo corpori superiecta est, qui cum se in alterum latus vertere vult, & mutare positionem, necesse est, ut superiectam concutiat insulam.

Contra hanc positionem Ovidianā de monte Aethna argui non conuenit, quia cum pure poetica sit, necesse est, ut cum solum in cortice fuerit perquisita non modicam contineat falsitatem. De eructatione autem ignium, quoniam de hoc principaliter inquiritur infra dicetur.

Terramotus vnus de causatur.

De frequenti autem terramotu Siculorum insulæ causa patet, quia terramotus fit ex inclusis spiritibus veterum, & fortificatis per aliqua tempora per grossificum terrenarum exhalationum, & vaporum, quibus cum non pateat aditus si fortiter concusserint, necesse est terræ fieri quandam apertionem, ut inclusus exhalet ventorum spiritus, & concutiat terra ex interiori impulsu ventorum colliditum, & ex apertione eorum in exitu. De his Aristote. in 2. Meteorolog.

Et quare, Sicilia patitur terramotus etc.

In terra autem Siculorum hæc maxime subsistunt propter duo: primo quia tota illa terra mari abluitur, cum sit insula quadam à continenti Italia diuisa in locis Scyllæ, & Caribidis. Loca autem apud mare crebrius terramotum ceteris paribus patiuntur, quoniam in illa magis ventorum subintrant spiritus.

Secunda causa est, quia terra illa est tota montuosa, in montibus autem, quia terræ tumores sunt, plures cauernæ sunt quam in terra plana. Et ob hoc ne-

cessè est esse plures terramotus. De hac eructatione ignium in Aethna monte aliter sentit Virgilius in 6. Aeneidos, quia aut illam aperturam inferni os esse putat, aut se putare ostendit. Vnde cum vellet introducere Aeneam loquentem patri suo Anchise existenti apud inferos, & recipientem responsum de futuro statuentis suæ, quæ Romanorum effecit populorum, & de personis insignibus vrbis Romæ, qui postea pullularent, non posuit eum introisse in infernum in aliqua parte itineris, quæ a Troiana vrbe vsque in insula Siculorum est, cum in toto illo terrarum interiecto spatio nulla talis eructantium ignium vorago pateat. In Sicilia autem, quia Aethna mons ignes eructat, & Vulcanus, ibidem introduxit Aeneam loquentem ad Sybillam Cumanam de ciuitate Cumarum, quæ apud Aethnæum montem est, ut eum introduceret in infernum.

De hac etiam Aethnæ montis ruptione, qua ignes eructant, vulgus opinatur communi sententia inferni esse aperturam, quod existimant, quia inde ignium globos prodire sciunt, ex hoc autem infernū arguunt.

Et quia ut vulgus solet quibusdam existentibus multa imperite cumulare, addunt in hac Aethnæ montis aperturam gementium animarum audiri voces.

Nec hoc quidem vulgo dumtaxat dicitur, sed & quidam catholici doctores hoc tenent. De hoc Franciscus de Mayronis in 4. suo Senten. in conslatu circa finem, cum agit de vniuersali resurrectione. Dicit enim quod post diem iudicij claudet dominus montem gibelum, & alia foramina inferni. Vocat autem montem Gibelum eum, quem poetæ, & antiqui scriptores Aethnam vocant, quia mons Gibelus in vulgari appellatur.

De veritate tamē eius apud antiquos philosophos perquisitum est, multis autem causa ignota mansit. Empedocles autem, quia philosophus, & poeta erat, & oriundus de terra Siculorum: nimis conatus est, ut inquireret causam huius eructationis flammarū, cuiusque hoc inquisiturus propius accederet, ab igne, & fumo erumpentis præfocatus est, ut certissimi historiographi tradunt.

Horatius tamen inter poetas quidem magnus, sed in hac parte velut mordax, & liuidus, infamavit Empedoclem dicens ipsum desiderasse, ut tanquam immortalis Deus haberetur, ad cuius experimentum populis de se tradendum, postis vestibus in flammis Aethnæ montis insilijit. De hoc ait, idem in libro de Artificio poetico.

*Dicam, Siculique poeta  
Narrabo interitum, Deus immortalis haberi  
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aethnam  
Insiluit: sit ius, liceatque perire poetis.*

Expositionibus igitur, & argumentis antiquorum non patet, quid sit eructatio Aethnæ montis, aut ex qua procedat causa, & an inferni ruptura sit, vel aliquid alterum.

Dicendum tamen rationabiliter videtur, & secundum solidam satis veritatem Aethnam montem, & alias similes partes ruptæ terræ exestuant flammis non esse ora inferni, nec illos eructatos ignes de inferno venire vllatenus, sed naturaliter caulantur hæ rupturæ ex terramotu dissolvente, & apertente, sicut in alijs locis terræ multis factum patet. Et in quibusdam eorum post clausa est terra, in alijs autem mansit aperta, aut verius in his aperturæ sunt factæ sine vlllo terramotu solo igne interius comburente, & dissolvente partes terræ, quousque ad superficiem telluris peruenit, & tunc voraginem magnam in terra fieri necesse est.

Causa autem eructationis flammarum in locis istis est,

est, quia in eis est multa sulphurea materia, quæ est de maxime velociter inflammabilibus, sicut patet in nutrimentis ignium, quia cum ignem leuem scintillantem excussim de lapide in combustum pannū suscipere volumus, non reperimus materiam, ita leuiter inflammabilem, quæ ab illo inflammatur, nisi partē papyrī sulphurei liniamus, quibus facilliter ignis incenditur.

In his etiam terræ hiatus concavitatibusque aerei spiritus sunt, qui cum interdum commoti collidantur ad sulphuream materiam, ipsa ex concussione naturaliter calefit. Et quia velociter inflammabilis est ocus inflammatur, & tunc magna pars sulphureæ materie cremari incipit, & flammæ combustionis per rupturas efflant. Fit autem hoc specialiter in Aethna monte, quia ibi multa sulphurea materia est.

Præter hanc tamen motis voraginem sunt alij hiatus terræ, ex quibus flammæ procedunt, sicut est mons Vulcanus in eadem Siculorum terra. Est etiam mons Vesuuius in Campania, de quo crebro ignis eructationes fiunt. Nam ibi Bassus poeta, Persij satyri magister combustus est, sicut Empedocles in monte Aethna. De hoc dicit Boetius de consolat. lib. 1. Metro. 4. quod incipit. Quisquis composito serenæ æuo. In quo sentire se innuit ibi inferni os nullum esse, sed concavitates ibi multas esse, in quibus ventorum spiritus latent, & cauernositates illæ sulphure plene sunt, ubi ex concussione ventorum ad sulphuream materiam ipsa inflammatur, atque flammæ prodeunt, & quando durauerit crematio illius sulphureæ materie, durabit flammæ eructatio. Deinde deficiente materia combustibili flammæ resident. Sic enim ait ibidem.

*Aut quoties ruptis vagus caminis  
Torquet fumificos Vesuius ignes.*

Si enim inferni ora illa crederet, essent facta directe ora ab infimis gehennæ sedibus proueniētia, per quæ ignis ille gehennalis spiraret, sed non semper per eandem partem spirat, sed dicit esse varios caminos, id est clibanos, vel fornaces, in quibus ignis sit, & quod de omnibus istis interdum fiant eructationes, quod est esse caminos varios, quia multi sunt, mons autem est, quia non semper eisdem partibus flammæ exestuat, sed ex quibusdam nunc, postea vero ex alijs nullo obseruato ordine. Conditiones autem sulphureæ materie quantum ad hoc, quod in terræ cauernis sit, & cito inflammabilis est, & inflammatur ex leui concussione, patet adhuc amplius in concussione aquarum balnearum. Nam aquæ balnearum calidæ ac per se feruentes de ipsa sua scaturigine manant, quod iuxta Aristote. doctrinam, & aliorum philosophorum ideo euenit, quia loca, per quæ ista aqua transeunt sulphurea sunt, ex concussione inflammatur sulphur, & ardens aqua calefacit. Et secundum, quod fuerit maior abundantia sulphureæ materie in aliquo loco scaturiginis fontium, erunt aquæ inde ortæ calidiores. Ex quo accidit quedam balnea calida nimis esse, alia autem tepida sunt.

Item probatur adhuc solidius hiatus montis Aethnæ, & Vulcani Siculorum, & Vesuii montis Campanici aliorumque similibus locorum non esse Gehennæ ora, nec ignem illum de inferno eructare. Nam si de inferno ignis eructaret, aut semper eructaret, aut nunquam. Sed hoc falsum est, quia aliquando eructat, & non semper: ergo non est ignis ille de inferno efflatus. Consequētia patet, quia ignis inferni semper eodem modo ardet, & in eodē gradu calidus est, nec vnquam damnati refrigerium vllum habent, vel quouis modo ab aliqua poena soluantur. Si igitur ignis gehennæ sufficeret semel tantum, & ab ipso centro terræ pertingeret vsque ad superficiem terræ, & super eā

eructet, cum equalis semper ipse sit, semper in eodē gradu super terram eructaret, sed hoc falsum est, quia aliquo tempore istæ eructationes fiunt, alio autem tempore fieri nequeunt, aut non fiunt. Non est igitur ignis iste ab inferna efflatus sede.

Ad hoc fortassis quisquam respondebit, illum esse tartareum ignem, sed non semper eructari, quia non eructatur naturaliter, sed ad malorum punitionem, ideo Deus aliquo tempore hæc eructationem patitur aut potius iubet, & efficit, ut mali torqueantur, semper tamen non efficit, quia malorum puniō ab illo igne semper necessaria non est.

Huic autem respondendum est, quod stare nequit. Nam si istæ eructationes ignium diuino nutu ex igne inferni ad punitiones hominum peccatorum fierent, sicut ignis egressus est de altari holocaustorum, & combustit Nadab, & Abiu filios Aaron in sacerdotio suo errantes, quia obtulerunt ignem alienum, ut habetur Leui. 10. ca. & ignis egressus a Domino combustit ducentos quinquaginta viros, qui insurgentes contra Moysem, & Aaron afferbant thura coram domino, ut patet Num. 16. cap. Nunquam esset aliqua ignium eructatio talium, nisi quando aliqui viri peccatores cremarentur, aut animalia eorum deuoraret, vel fructus terræ dissiparet. Sed hæc falsa sunt. Nam interdum pauca flammarum aestuatio fit, ita ut cum in ipsorum montium verticibus emicuerit ad inferiora, & plana non descendat. non ergo sunt istæ inflammationes a Deo illas specialiter faciente, nec ab inferna sede ignes isti eructant.

Aliquis autem aliter hoc probare conabitur, scilicet, quod istæ ignium eructationes ab inferno non fiat. Nam si per has voragines montium infernalis ignis erumperet, ille esset totaliter obscurus, & piceus ipso teterrimo fumo nigrior, quia ignis gehennæ huiusmodi est, cum piceam materiam in fomento habeat, & ut damnatis non luceat, ut supra dictū est. Sed ignis, qui per Aethnæ atque Vulcani montis aliorumque hiatus erumpit, lucidus est, sicut iste ignis, qui apud nos est, ergo non est ab inferna ortus sede.

Ad hoc dicendum est hinc nihil induci: nam dato, quod istæ voragines gehennæ ora essent, ignisque eructans de stygijs erumperet locis, poterat esse, ita lucidus, sicut est. Nam ignis est magis, aut minus lucidus, secundum quod pabulum eius est dispositum secundum naturam ad causandum maiorem lucem in ipso igne, vel minorem, cum nihil aliud sit ignis flammæ, quam nos conspiciamus, nisi sumus inflammatus. Et quamquam ignis iste ab origine obscurus sit iuxta conditionem materie piceæ quam in inferno profomento habet, tamen cum erumperet ad terræ superficiem transiens per concavitates cauernosas terræ, inuentam materiam sulphuream inflammaret, atque ex eadē causata flamma lucida esset iuxta sulphuris conditionem. Nihil ergo ratio ista probat de eo, quod intendit.

Hoc tamen non obstante manet conclusum ex superiori ratione, foramina Aethnæ montis, qui alio nomine mons Gibelus dicitur, & Vulcani atque Vesuii aliorumque huiusmodi locorum rupturas non esse inferni ora, nec per ea vaporem igneam ex inferna sede exhalare.

Sed adhuc aliquis arguet ex prædictis fundamentis, dicens quod ista sunt ora inferni, & ignis ille inde erumpat. Et quando dicebatur supra arguendo, quod ignis inferni, aut semper exiret per illas aperturas, aut nunquam, diceretur, quod ignis inferni nunquam ad hoc sufficit, ut exeat per terræ voraginem, sed ipse accedit vsque ad aliquam partem grossifici terræ, & ad hæc semper pertingit regulariter. Ibi autem inuenit materiam

# De statu animarum post hanc vitam.

teriam sulphuream, quam inflammans maior effici-  
tur, & pertingere potest vsque ad superficiem terræ,  
& sic ignis inferni erumpit per rupturas Aethnæ mon-  
tis, & aliorum montium, quia quamquam ipse per se  
ad eundem sufficere non valeat, tamen cum maior sit  
at ex inflammatione sulphuree materie, quâ in me-  
dio inuenit, pertingit ad emicadum super terræ super-  
ficiem.

Ad hoc dicendum, quod non potest stare, nam po-  
sito isto casu, necesse erat, ut ignis Aethnæ montis, &  
vulcani atque aliorum semper erumperet, aut postquam  
semel erumpere desisset, nunquam amplius erumperet.  
Sed hoc est falsum, ergo nec sic poni potest, quod  
iste ignis de inferno erumpat. Consequentia patet, quia  
cum ignis inferni secundum istum modum ponatur  
accedere vsque ad aliquam partem grossiciei terræ, &  
non vsque ad superficiem, cremaret sulphur, quod ibi  
esset, & totum, quod in medio est, per quod ille ignis  
erumpit ad superficiem terræ, quia ignis postquam in  
aliqua materia combustibili incenditur non extinguitur  
quousque illa totaliter exusta sit, nisi ab aliquo ex-  
tinguatur. Et sic si aliqua materia esset in illo spiracu-  
lo infernalis voraginis sulphurea combustibilis, illa non  
cessaret comburi, quousque combusta esset. Cum ve-  
ro semel combusta esset nihil maneret, quod comburi  
posset. Ideo non posset erumpere ignis inferni ulterius  
per illud os: sed falsum est, quia frequenter, & inter-  
polate ignium eructationes fiunt, ergo non est infer-  
ni os, nec vorago ignis erumpens, sed modus, quo hoc  
fit est, quia mons, quilibet horum multas concavitates  
sulphureas habet, & inflammatur sulphur in  
aliqua earum, & dum illa concussio durauerit, ardet  
sulphur, & fiunt eructationes ignium, & quamquam

vnus concavitatis nunc sulphur ardeat, postea alte-  
rius concavitatis inflammabitur sulphur, & fiet eru-  
ctatio, & sic non semper in eodem loco montis fiunt  
ignium incensiones.

Et hoc est, quod significat Boetius in Metro. 4. libri  
primi de Consola. præallegato cum ait.

*Aut quoties ruptis vacuum caminis  
Torquet fumifocos Vesueus ignes.*

Quia dicit vacuum esse Vesueum in cantinis suis: er-  
go non semper in eodem loco ardet, sed tunc in vna  
parte nunc autem in alia.

Patet igitur ex supradictis qualiter Aethnæ mon-  
tis vorago infernarum sedium apertura non sit, nec  
ignis inde eructans de inferno erumpit. Sic autem in  
alijs locis similium eruptionum patet, unde tales ignium  
fiunt eructationes, & propter quid.

Cum autem populus dicit, quod audiuntur voces  
animarum gementium in voragine Aethnæ montis.  
Dicendum, quod populus plura fingit quam poëta, &  
magis adhuc poëta quam populo credendum est, quia  
poëta sciunt, quod fingunt, populus autem quod di-  
cit, ignorat.

Iuxta exigentiam propositæ questionis, scilicet An post  
mortem animabus aliqua supplicia, vel gaudia sint ple-  
ne satisfactum non est, quoniam plura adhuc dicen-  
da manent quam dicta sunt, etiam si illa breuiter traſ-  
curramus, cum de sola inferno ruiti positione, & de  
hac adhuc semiplene dictum est. De alijs autem aut  
gaudiorum, aut suppliciorum locis quid secundum phi-  
losophiam dici possit, & quid poëta teneant: Quid et  
sacra catholicorum positio tradat, maioris adhuc in-  
quisitionis sunt, de quibus fortassis alias dicendi lo-  
cus erit.

De hac  
materia  
vide; Pa-  
rad. 5. &  
Mat. ca-  
pitu 25.

*De statu Animarum post hanc vitam Opusculi Alphonſi Toſtati Finis.*

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.  
M D X C V I.



## ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS DE OPTIMA POLITIA OPVS CVLVM.



**C**ivis, seu paraphus super  
quem tractationis huius to-  
ta fundatur intentio, ab Ari-  
sto. 2. Politi. 1. c. circa princi-  
piū collocatur. Circa quam  
considerationem tria face-  
re destinaui. Primo paraphū  
commentari. secundo con-  
clusiones circa materiā eius  
declarare. Tertio argumen-  
torum violentiam propullare. Circa primū paraphus  
de quo intendimus sic incipit. Necesse est aut omnes  
omnibus communicare civis, aut nullo, aut his quidē,  
his autem non: nullo quidem igitur cōicare manife-  
stum quidem, quod impossibile. Politia est quedam com-  
municatio, & necesse est primum loco cōmunicare.  
Locus quidem vnus, qui vnus civitatis. Postquā phil.  
in 1. Polit. de principijs quibusdam politiarum tracta-  
uit. s. ponens quot erant modi cōicationum tam poli-  
ticarum quam non politicarum, & quasdam proprie-  
tates cōicationum, quæ magis erant cōconomica quā  
politice, in 2. lib. tractat de ipsa cōicatione phre politi-  
ca. Et quia intentio politizantis est optimam inuenire  
politiam, optimam aut dico, vel simpliciter vel huic.  
Et ista consideratio uberius habetur cum multorum  
sententiæ inquiruntur, ideo in hoc secundo multas col-  
locat aliorum politias. Inter has autē, primo de politia  
Socratis & Platonis, tū quia inter ceteros philosophos  
opinatissimi, tū quia ipſius Arist. magistri tractandum  
duxit. Ad quam introducendam quandam fecit præ-  
locutionem uniuersalē, quæ in hoc parapho contine-  
tur, dicens, quod primum principium in politica confide-  
ratione inquirentibus de optima politia est, quod necesse  
est civis cōicare. Tunc ergo, aut civis cōicabunt in  
omnibus ita quod nihil sit vnus civis, quod non sit alterius, ut  
possessio, & civitas, & domus, & filij, aut in nullo cōica-  
bunt, aut in aliquo cōicabunt, & in aliquo non cōica-  
bunt. Quod autem in nullo cōicent, impossibile est,  
quia ad minus civis cōicabit loco. Civis. n. non sunt,  
qui in eodem loco non commorantur. Siqui. n. diuer-  
sas terrenas regiones incolunt, quantacūq; inter se  
pacis compugnationisq; fœdera fecerint, civis aut con-  
cives non sunt. Item repugnat valde hoc significatio-  
ni huius nominis civis. Nam civis politiam dicit, poli-  
tia autem cōicatio quadam est, ergo necesse est civis  
aliquibus cōicare. Item si civis in nullo cōicant, nihil  
causæ est, quare non homines oēs cōcives fateamur  
sed nullus nisi infans hoc concesserit, ergo civis in  
aliquo communicant. Item omnis civitas cuiuscūq;  
politia sit. i. siue Aristocratica, siue Monarchica, siue  
Oligarchica, siue Timocratica, aut Democratica sic le-  
gibus indiget, ut cuiuscūq; notissimum est, sed si civis in  
nullo cōicarent, non essent necessariæ leges. ergo ne-  
cessè est civis communicare. Accedens patet. s. si ci-  
vès non cōicarent non indigerent legibus. Nam leges  
iurgia dirimunt, quæ ex communicationibus oriuntur.  
est autem contractus, ut politice loquar, quolibet con-  
uentio inter aliquos constituta, & cōi deliberatione  
firmata. Ad ampliorem huius declarationem quædam  
breuia dubia subiungemus, quorum primum sit, qui  
primo civitates constituerunt, aut quō primo consti-  
tutæ sunt. Sed ex hac ista inquisitione in quandam al-  
tissimam foueam relabimur. s. vtrum mundus fuerit  
æternus. Nam cum nos ab antiquo, qui philosophi sibi  
nomen ascribat, inquiramus quis primo civitas cō-  
diderit, respondebit nullum fuisse primum civitatis  
conditorum, sed ab æterno esse civitates, sicut non da-  
tur apud eos primus homo nec primum tempus, nec  
aliquid in inchoatione primum quantum ad res na-  
turales, ita dicit nec civitates esse a paruo tempore,  
sed æternas. Hoc tamen etiam apud ipsos, qui æterni-  
tatem mundi fabulantur, stare non poterit. Nam non re-  
petitur

Cōtractus  
distinguitur.

A petitur

peritur eadem causa in ciuitatib. & reb. artificiatib. at- que in reb. naturaliter procreatis. Nam ijdē dicūt non esse primum hominem, quia nesciunt dare modum, per quem ille primus homo genitus fuerit.

Nā reuera, vt ipsi arbitrantur infinitę potentię est hominem primum produxisse, & primum tempus, & primum motum. Omnia namque ista presupponunt creationem, quę fundant potestatem esse infinitam, quia si primus motus fuit: ergo ante materia non erat, quia materia non est sine motu. Si autem antea non erat, & postea fuit: cum ipsa non possit esse ex altero, quia ipsa est fundamentum, siue ex quo omnia sunt, necesse est ipsam de nihilo productam, quam productionem omnes creationē dicunt. Hanc

Materia primę p- ductio cre- atio est cū ipsa non possit esse ex aliquo.

autem infinitam potentiam exigere ambiguum non est, sed infinitam philosophi omnes negant, vt satis colligitur ex 8. Physicorum vbi Arist. vult Deum esse infinitum secundum durationem secundum quod omnes alia res naturales, in potentia autem siue virtute agendi infinitum esse non vult. Et magis hoc declaratur ex secundo de celo, & mundo vbi inquit, quod ideo terra non mouetur, quia non est aliqua potentia potens eam pellere extra medium mundi, sed si nos demus materiam habuisse primum motum, necessitabimur dare creationem, quam ipsi refugiunt, & dicunt excedere finitam potentiam: ergo nec dant motum primum, sed dicunt motum esse eternum. Eodem modo nec hominem primum fuisse concedunt, quia si aliquis fuit primus homo, ille non fuit genitus ab illo homine: ergo ille aut homo fuit de nihilo factus, quod creare est, & infinitam potentiam presupponit, & hoc illi refugiunt. Aut fuit de aliquo elemento sine aliqua parte materię productus. Et hoc eodem modo, vt ipsi cōsistentur, infinite potētię est. l. rē gignere sine semine ei, & verissime sic est.

Nec etiam illi, qui philosophi sunt poeticis figmētis assentiunt, vt cum Ouidio dicant Prometheus homines de luto formasse: eoique ad deorum imaginem fecisse de quadam parte celestis terre, id est, de luto, quod olim cœcōa h. vserat, & retinebat celestem virtutem ad efficiendā animam. De quo Ouidius Metamor. libro 1. sic inquit.

*Sanctus his animal: menti si que capacius alta  
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset.  
Natus homo est, sine hunc diuino semine fecit.  
Ille opifex rerum mundi melioris origo.  
Stue recessus tellus, seductaque nuper ab alto  
Aethere, cognati retinebat semina cœli.  
Quam satius Iapeto mixtam fluminalibus undis:  
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.  
Pronaque cum spectent animalia cetera terram,  
Os homini sublime dedit, calumque videre  
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.  
Sic modo que fuerat rudis, & sine imagine tellus,  
Induit ignotas hominum conuersa figuras.*

Non ergo concedent isti primum motum, nec primum tempus, nec primum hominem, & sic de ceteris in hunc modum.

Sed de ciuitatibus alijque artificiatib. idem non est. Nam artificiatia ab ipso artifice arte fiunt, ideo dato, quod mundus eternus fuerit, cum possent nunc de nouo fieri, ciuitates, quę ante nunquam fuerunt: sicut ipsi videbant alia artificiatia fieri, de quibus concedebant, quod nunquam antea talia fuerunt, non tamen concedent, quod post nunc fieri homo: nisi gigneretur ab aliquo homine. Et si nullus homo nunc esset, dicunt impossibile esse in æternum esse aliquem hominem: ideo isti licet non possint dicere

ciuitates esse eternas, quia tamē homines dicunt eternos, dicunt ciuitates esse a multis retro sæculis, ita quod nulla tanta hominum memoria aut libri extāt, vt sciatur quis primo condiderit ciuitatem.

Et cum arguitur contra istos, quod non est mundus eternus, nec ciuitates sunt a valde antiquis temporibus, quia de omnibus penē ciuitatibus dabatur auctor, aut per communem famam, aut per scriptores approbatissimi mos, maxime tempore Aristotelis, quando non tot sicut nunc extabant ciuitates, & omnium quasi auctor cognitus erat, & quod magis erat, sciebatur quis quam terram propulisset, & quomodo ante illa terra habitata non fuisset, ex quibus clarissime coniciebatur homines incepisse.

Respondet Aristot. & alij, quod mundus, & homines, & motus ab eterno fuerunt, tamē multa fuerunt diluua, quę destruebant magnam partē terre, & non manebāt ibi gentes, nec ciuitates: sed illi qui in alia orbis parte manebant, veniebant, & nouiter illam terrā habitabāt, & ciuitates atque oppida ibi constituebāt, & sic videbatur terra tunc nouiter habitari cepisse, cū tamen infinitis habitata sit. Hoc etiam manifestant per terrarum, & marium mutationes. Nam terram istam quam nos habitamus, olim marinis aquis cooperatā ferunt, & eam, quę nunc sub vadis est, olim magnas habuisse vrbes, & oppida dicūt. Quod conijciūt, quia in altissimis montibus anchora sub terra fodiendo inuentę sunt, & conchilia antiquissima in rupium saxis permanent. De quo Ouidius 14. Metamor. cum transmutationes rerum naturalium sicut se habent si ne aliquo poetico uelamento describeret, sic ait.

*Nelequidem durare diu sub imagine eadem  
Crediderim, sic ad ferrum venisset ab auro  
Secula, sic toties versa est fortuna locorum.  
Vidi ego quod fuerat olim solidissima tellus,  
Esse fretum, vidi factas ex æquore terras:  
Et procul à pelago concha latuere marina.  
Et vetus innēta est in montibus, anchora summis.*

Diluua autē præcessisse satis cognoscitur ex historijs gentiū. Nā diluuiū quoddā in Achaia tēpore Ozygi regis fuit, qui cōtēporaneus fuit Iacob patriarchę, quod diluuiū in Gręcia gestum annis mille septingētis octogintaduobus ante Christi natiuitatem fuit, vt colligit per Isidorū, Etym. lib. 13. in fine: & per Paulum Orsimum primo de Ormeſta mūdi. Ab hoc. n. antiquissime gentiū inchoantur historie. Vnde Marcus Varro testi monio beati Aug. in lib. 6. de Ciuit. Dei. c. 6. omniū hominum acutissimus, cum ab antiquissimis tēpōribus se historiā inchoare putaret, à diluuiō Ozygi exorsus est: quasi nulla antiquiora gesta illis fuerant. Aliud diluuiū gentiū cognouit historia, quod Deucalionis diluuiū nuncupat. Hoc in partibus Thessalię Deucalionē regnāte in terra illa cōtigit. Ideo ab illo nomen assumptū, qui qm homines ad se conuenientes aluit, & in mōtib. per gemina capita montis Parnasi saluauit, genus humanum de lapidibus restituisse fictionē poetica dictus est. Fuit autem hoc diluuium quinque annis antequam Hebręi de captiuitate Egyptiaca liberarentur, scilicet, annis mille quingentis, & quinquaginta ante Christi natiuitatē, de quo Isidorus Etym. lib. 1. & Paulus Orsimum lib. 1. de Ormeſta mundi.

Hoc diluuiū plerique gentium in principio rerum fuisse annūciant. Nam Ouidius, qui in proœmio Metamor. promittit se narraturum mutationes formarum à rerum origine, cum dicit.

*Aspirate meis, primaque ab origine mundi  
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.*

Cepit huiusmodi a diluuiō Deucalionis, ut patet in eodem 1. Metamor.

Hęc

Hęc autem diluua particularia fuerūt in Gręcia ambo, unum quidem in parte eius, quę Achaia dicitur. Aliud in parte illa, quę Thessalia nuncupatur.

Diluuium namque vniuersale, quod temporibus Noe fuit, nullę gentium nouit historia, nec à tempore illo scripta aliqua extant, quia gentes adhuc rudes & bonarum, artium exortes facta stilo digna non egerunt: & ea, quę eorum temporibus saltem naturaliter memoratu digna euenerunt stylo & memorię mandare neglexerunt: aut quod verius est, nescierunt.

De factis ergo illorum temporum sola sacra historia Genesis, & Exodi nobis plenam fidem faciunt. Hoc autem diluuium gentiles philosophi, & alij con temporanei accidisse nunquam audiverunt, & si audierunt minime credidissent. Sicut si quis eis diceret hominem fuisse mutatū in beluam, quod proculdubio poetice dictum estimarent. Nam diluuiū vniuersale fieri impossibile arbitratur, & verissime sic est: si solas vires nature consideremus. Sed Deus ibi superna rraliter operatus est, quod natura complere non valuit. Sic enim ait Aristot. in 2. Metheor. dum de diluuijs disputat, cathaclismum. i. vniuersale diluuium impossibile esse dicit. Sic enim diluuiū Noe naturale non fuit, quod quidam de nostris putātes se nimis astrologice loqui naturaliter accidisse ferunt. Quos clarissime errare rationibus demonstrare, nisi ipsū præsuppositū assumptę materię me aliorum distraheret. Quod quidem diluuium vniuersale non solum philosophi negāt, quia non sit causa naturaliter agēs potens tantam aquarum importunitatem inducere, sed etiam quia hoc repugnat conseruationi vniuersi. Nam si tale diluuium accidisset, necesse erat omnes rerum species præter aquaticas defecisse. ipsi autem dicunt impossibile quouis modo vniuersi partes principales, quę sunt species deficere. Etiam quia hoc posito non fuisset generatio ab eterno, cum multoties fuisset intercipia per diluua vniuersalia, quę omnia vniuersa deuaſtarent.

Item quia hoc concessio, necesse erat dare creationem, quam ipsi nimis abhorrent. Et patet cōsequētia, quia cum omnia per vniuersale diluuium necessario deleuerunt: & tamen postea iterum omnia facta sūt, necesse ergo erat, quod aut de nihilo cuncta fierent, quod creationem esse nullus dubitat, aut de materia non per generationem speciei, & derivationis feminialis formarent, & conformiter infinitę potētię esse: atq; equale creationi ipsorū philosophorū testimonio cōfirmat. Neutrū ergo fatebunt fieri potuisse.

Sed dices, bene poterit stare eternitas mundi & cōseruatio vniuersi cum diluuiō vniuersali, quia sicut in diluuiō vniuersali tempore Noe factum est, vt per ipsum diluuium cunctę species seruariantur: ita in alijs diluuijs, quę cōcederēt ipsi philosophi, fieri potuisse.

Respondetur quod etiam hoc non concederent philosophi. Nam quis talem arcam facere posset, vt in ea cunctę res seruariantur, quę in centum annis facta dicitur ab omnibus: quod satis consonat literę Genesis, in qua dicitur quod a tempore, quo denūciauit Deus Noe, quod volebat destruere mūdiale creaturam per aquam vsque ad ipsum diluuium transierunt centum & viginti anni, scilicet non permanebit spiritus meus in homine in eternum, quia caro est, & erit vita hominis centum viginti anni, vt habetur Gene. 5. c. Concessio autem talem arcam potuisse ab hominibus cuiuslibet temporis compingi, quis eis centum annis ante prædiceret, vt talem arcam fabricarent?

Demum dato quod diluua astrologice a multis ante tēpōribus cognosci potuissent, quis istū mundi pereuntis, tāta charitate moueret, vt ipsas immanissimas beluas, leones, vrſos, aspides, dracones, mantycoras, & basiliscos, quorum sine ipsarum rerum ferocitate nomina ferocia sunt, congregare vellet, ne diluuiō ingruente perirent? Et dato quod hoc negociū inexecrabile quis motus nimio mundi pereūtis amore susciperet, quomodo tamen omnium animalium species nosceret, quorum nec numerū, nec nomina nouit? quō ea per vastas mundi huius solitudines, & inaccessas hoium uias, & opacos mōtes, & immania antra feratū totū orbem collustrans inquireret? quis demum inuentas adduceret? Nam quādam spēs serpentum tanta ueneni rabie abundant, ut sola uisione interimant: quales basiliscos esse non dubium est.

Quis enim iaculos serpentes sic dictos acciperet, qui quodam imperu per aerea necci, quodcunque animal obuuium habuerit sagittarum, aut lancearū more perforant? Vnde à iaciendo siue à iaculis nostris nomen metaphorice assumserunt? Quis enim diploides acciperet, quę accipientem siti perimunt? Quis serpentes, qui hypnale dicitur saltem uidere uelit, qui eum, quē tetigerit somno necat? cuius testis Cleopatra Aegypti regina, & Antonij uxor sufficiens est. Quis hemorhoin, qui mortu suo uniuersum animalis sanguinem elicit, caperet? Quis precem, quis sepem, quis amoditas, quis alios innumerabiles serpētes, quorum tot mortes, quot nomina accipiat? quorum Africa testis est, quę huius mali adeo secunda est, vt in hoc præceteris terris palmam ferat, de quo Lucanus in lib. 9. de bello plusquam ciuili Iulij Cæsaris, & Pompei tractans de processu Catonis in Lybiam. De hoc etiā Solinus in Polyhistor. ca. de Africa. Hęc. n. pestes Lybiam pro maiori parte inhabitatam reddunt. Quis enim inter tot genera mortis tranquillam eligeret mansionem? Soli autem populli, qui Pylly nuncupantur inter has duas lues innoxij sunt. Nam non solum eos uenena non lædunt, sed ipsos serpentes formidant, & spūto suo uenena quorumcunque hominum curant. De quibus Lucanus lib. 9. sic ait.

*Marmaride Pylly par lingua potentibus herbis.*

Iam verō dracones, & aspides tigresq; dicere quid attinet? quorum non solum uenena, quę in eis immēsa sunt, sed, & corporum moles, & pualidū robur omnes mortales superaret. Rhinocerotē verō quę viribus capere audeat, cuius tantum robur, & animi imperus est, vt nullis hominum feruire dignet de quo Iob 39. ca. sic dicit, nunquid uolēt rhinoceros feruire tibi? aut morabitur ad præpe tuum? Nunquid alligabis rhinocerotem ad arandum loro tuo, aut confringet glebas uallū, post te? Nūquid fiduciam ponēs in magnā fortitudine eius, vt derelinquas ei labores tuos? Nunquid credes ei, quę sementē reddat tibi: & arē tuā cōgreget? Quis autē postremo, vt alter Dędalus, aut potius Icarus fallacibus alis assumptis aeris immensū spatia p-uolaret, vt quasque paruas auiculas ad mundi conseruationē in arcam secum recoderet? His autē omnibus per impossibile saltem patris cōiunctisq; in arca cū cētis aiantibus terrę, quis eis pacis legē in diceret? Quis amicitias tantas cōponeret? Quis taliū fęderum beniuolus tractator existeret? vt iuxta uaticinium Isaię. ca. 11. Habitarēt lupus cū agno: & pardus cum hędo accubaret, & vitulus & leo, arque ouis simul morarent, & puer paruulus minaret eos: vitulus, & vrſus pascētur in simul, & requiescēt catuli eorum: & leo suę feritatis oblitus, quasi bos paleas manducaret, & ablataretur infans à nutricis uerbibus super foramina aspidum, & qui ablaclatus esset manū suam mitteret in cauernas regulatorum?

Hęc enim, & alia innumera, quę per singula nō cōuenit explicari tā impossibilia naturaliter sunt, vt nullo unquā modo philosophi talia faterētur: nec fuisse quidem, nec possibilia fore: si autē tēpore Noe ista facta sunt, A 2 sunt,

Africa ex orb. mundi regionibus serpentium feracissima.

Alph. Toſt. De optima politia.



sunt, supernaturaliter facta mysterio angelorum nemo ambigit nisi intansus. Quibus etiam quomodo concessis: quis tamen arcam a foris bitumine clauderet: ne eam pluuie subintrarent? Nam hoc a solo Deo fieri potuisse sacra scriptura testatur, cum dicit Gen. 7. Quod ingresso Noe in arcam eius clausit foris. Nullo modo ergo hoc philosophi, aut excogitare aut credere possent. si quis enarraret. nullatenus ergo diluuium vniuersalia philosophi fatebantur. Particularia quidem non solum fatentur, sed et ad defensionem positionis sue de mundi aeternitate ea necessaria putant, nec. n. vilius eis fortius, aut verifimiliter aduentum est. Sic namque respondet cum quis arguat, si mundus eternus est, quomodo scientia in infinito tempore retroactio inuenire non sunt, cum; vt Arist. ait in 1. Eth. tempus bonus cooperat est horum, & per tempus artium additamera facta sunt, cum ergo infinitum precessit tempus infinita experientia fuit, quae sufficiens erat ad inueniendam omnem artem. Dicant. n. quod scientia in finitibus vicibus perditae sunt & inuenta, nec. n. nunc nouiter inuentae sunt, quia fuerunt in alijs seculis, quae fuerunt ante nos. Dicebant tamen, quod quoniam per diluuium maior pars orbis deperibat, saluabantur ex diluuijs illis quidam homines qui olim fuerant ignorantes, in quibus nulla scientia manserat. Sed cum alijs possessionibus, quae in diluuium perierat, extincta est. necesse ergo fuit, quod ad hoc vt artes essent iterum nouiter ab ipsis inquirerentur fundamentis. Haec. n. est responsio Aristotelis in 2. Politicorum, cum tractat de legibus, valde irrationabilibus, quae antiquis temporibus apud Graecos fuerunt, inter quas vna, quam ipse ponit, erat, quod viri possent vendere uxores suas, vel eas inuicem commutare. Afferit. n. hanc & alias iniustissimas, quas ipse ponit in praedicto. 2. Politicorum conditas esse a quibusdam rudibus valde hominibus, qui diluuium euadere potuerant. Apud hos igitur quaestio non nostra certitudo nulla est. s. quis primo, aut quomodo condiderit ciuitates.

Ouidius autem in 1. Metamor. vbi quaestione istam aliquantulum tangit, testatur in prima aetate seculi vides non fuisse, sed quod in secunda domus, & vrbes inceperint, nec distinguit Ouidius aetates per annorum durationes, vt nos distinguimus, nec totidem distinguit, vt nos. Quam namque solas ponit. Has quippe per qualitates diuisit: primam auream nominans, argenteam secundam, eneam tertiam. Quartam vero ferream nuncupauit. Primam dicit fuisse sub Saturno, quia aetates illas per tempora deorum suorum denominat. Et licet illa prima aetas, quae iustitiae hominum insignis fuit, sub dijs omnibus, qui Saturnum praecesserunt fuerit. s. sub Demogorgone caeterisque; tartareis filijs: quia hi tamen, vt ipse tartarus apud antiquam gentilitate obscuri sunt, de eis mentio non habet de eis Tullius in libris tribus de natura deorum disputauerit. Per Deos ergo caelestes qui nobilitate loci ipsi quoque; nobiles sunt, & famosi antiqua gentilitas tempora sua describit. Quorum primus Caelus fuit: siue Aether, vt alij nominat, aut Vranon, vt quibusdam placet. In his autem licet nomina diuersa sint, nullo tamen modo credendum est discrepare substantiam. Omnia namque caelum notant. Nam Vranos Graeco Idiomate palatum vel caelum signat. Hic autem Vranos siue Aether, vt Firmianus Lactantius de natura deorum libro primo prodit, Saturni genitor extitit, Saturnus vero Iouis.

Prima ergo aetas seculi, vt fatua cōfingit gentilitas, quae antiquissimos Deos illos, & obscurus habuit, ab ultimo eorum, i. Saturno nomen accepit. Saturnum autem & Iouem tempore Iacob Patriarchae, quo in Aegyptum cum prole sua descendit fuisse dubium non est. Quod ex cōcordia antiquarum historiarum cum descriptionibus Poeticis conferendo vtraque assignatio.

nem temporum sacrae scripturae, constat liquidissimis argumentis.

In hac aetate dicit Ouidius non fuisse vrbes nec domos, quia reuera necesse non erant. Domus namque ad importunitatem temporum expellendam inuenta sunt. In illa tamen prima aetate nulla talis importunitas fuit, quia, vt ait idem Ouidius Metamorphoseos libro primo.

*Ver erat aeternum, placidique; tepentibus Euris  
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.*

Vrbium etiam necessitas non erat, quia vrbes quaedam contra hostiles impetus defensionis sunt. In hac autem nulla hostilis erat aduersitas, vt ait Boetius de consolatio. Metro. 5. vbi primae aetatis laudes describit. De hoc idem Ouidius vbi supra sic ait.

*Nondum praecipites cingebant oppida fossae  
Non tuba directi non aris cornua flexi  
Non Galea, non ensis erat, sine militis vsu  
Mollia securae peragebant Ocia gentes.*

Secunda aetas, vt ab his gentilibus computatur, fuit Ioue imperante in regno Cretensi. In hac autem domos factas Ouidius asseuerat, de ciuitatibus autem subiceret. Sed satis euidentis est, eum ciuitates concedere in aetate illa, cum Iuppiter ipse, sub quo secunda aetas computatur, in ciuitatibus Cretensium regnauerit.

In principio tamen huius secundae aetatis dicit homines ex temporis importunitate ad domorum qualicumque inuentionem coactos. Nam cum aetate prioris vel fuisset aeternum, nunc hyemes & frigora, niues, & pluuia gradinibus mixta fuere. De quo idem Ouidius vbi supra sic ait.

*Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso  
Sub Ioue mundus erat, subijq; argentea proles  
Auro deterior: fuluo preciosior aere.  
Iuppiter antiqui contraxit tempora ueris.  
Per qua hyemes, aestusq; & inaequales autumnos:  
Et breue uer spatys exegit quatuor annum,  
Tunc primum siccis aer feruoribus vstus  
Canduit, & uentis glacies astricta petendit  
Tunc primum subire domos, domus antea fuere.  
Et densi frutices, & iuncta cortice uirgae.*

Ecce qualiter Ouidius ciuitates ante Iouis tempora fuisse non vult. Sed constat eum valde falli. Iuppiter namque & Saturnus tempore Iacob Patriarchae cum descendit in Aegyptum fuisse constat, vt paulo ante dicebam. sed quis eo tempore multas Aegyptias vrbes fuisse non sciat? Quis vrbes terrae Chanaan? Quis vrbes Palaestinarum, atque Orientalis Mesopotamiae? Quis Pentapolim. i. quinque; ciuitates Sodomorum, apud fluentia Iordanis, vbi nunc mare mortuum, siue mare Salinarum nuncupatur, praecessisse ambigit ex multis retro temporibus, quarum quatuor vltione caelesti coflagrasse ipsa loci facies monstrat. Quinta vero Segor precibus Loth tunc seruata usque hodie non consumpta manet, & oppidum Palaem nominatur. Quamuis quidam de nostris omnes quinque incendio deletas existiment, quos ex sacra scriptura decipi notum est. Quis etiam tunc illam antiquissimam Babylonem a multis temporibus ante Saturnum dubiter extitisse, nisi qui sacram scripturam Genesis, aut nesciat, aut non recipiant.

Firmianus Lactantius in libris, qui de natura deorum, dum constructionis ciuitatum causas emulget, sic ait fuisse olim homines vitam degentes solitariam, non quidem pro virtutis excellentiam, sed propter illius seculi ruditatem insignem. sic namque; necesse erat, quia vt apud Aristotelem notum est, qui singulariter viuit, aut Deus, aut bestia est. Hi autem cum a bestijs vrgentibus multas

multas molestias paterentur, viderentque sic singulariter viuendo eis obsistere non posse, ipsa vexatione intellectum apponente in vnum multi coacti sunt, vt sic vnita pluralitas singularibus viribus maior esset, politicas communicationes facere inceperunt, vrbes & oppida atque viculos extruentes. Sic autem paulisper ex communi experientia, quia vt ait Salomon feruente ferro acuitur, & amicus exacuit faciem amici sui. Erudita illa quondam indocta rusticitas leges, & alia humanae communicationis commoda inuenerunt. Iste autem conditionis ciuitatum causam reddit, tempora autem non designat. Tullius autem lib. 1. Rhetorice veteris in proemio, vbi de virtutibus, atque laudibus eloquentiae late agit, tantas dicit eloquentiae vires, vt per eam saecula conciliata fuerint. s. quomodo in antiquis saeculis homines sine vlla communicatione sine vilo foedere vitam solitariam agerent: aliquis, cui natura parens ingenium altum, & ingenio accommodata verba tribuerat, rude illud saeculum, & nimis barbaras gentes eloquentiae viribus ad communicationem politicam inuitauit. Ecce enim licet omnes isti verifimilia dicant, vera tamen non proferunt.

Ego autem sacrae Scripturae secutus vestigia huius quaestiois veritatem breuissime explicabo. Cum. n. primum parentem Deum formasset de limo, vt sacra Genesis historia profertur, eumque in paradisi delictijs collocasset, ille protinus foelicitatem paradisi suae infidelitate demeritus per longa terrarum spatia ab illis beatis sedibus exulauit. Cumque cum vxore sua, vt Iosephus Antiquitatum lib. 1. refert, & caeteri doctores chronographique cōsentiunt, in terra, quae postea Chanaan, siue Palaestina, aut vulgari nomine Iudaea dicta est, in parte terrae, vbi postea Hebron ciuitas constructa est, quae per octo leucas distat ab vrbe Ierusalem, vt patet in li. de Descriptione terrae Sanctae Deus collocavit. Vbi cum sua posteritate satis miserabiliter sceleris sui conscius eiusque poenas luens vsque ad mortem vixit. Huius rei testis est vallis quaedam magna apud Hebron, quae ab antiquissimis saeculis vsque in hodiernum diem vallis lachrymarum ab incolis appellatur, eo quod ibi Adam primus ille patris defunctum, vel potius occisum filium suum Abel centum annis incōsolabiliter planxerit. Et ne quicquam calumnietur haec apocrypha esse, & nolle animū suū apocryphis accommodare sententijs, accipiat aliud firmius testimonium de ipsius sacrae Scripturae veritate prolatum, quae clarissime Adam primum hominem in ciuitate Hebron sepultum dicit, vt patet Iosue 14. c. in fine, cum dicitur. Nomen Hebron ante vocabatur Charitharbe: Adā maximus ibi inter Enachim situs est. Haec autem est causa, quare Hebron Charitharbe dicta sit, id est ciuitas quatuor virorum, vt litera Iosue aliquantulum, & ex parte innuit, quod ibi 4. patriarchae sepulti sunt. s. Adam primus, & Abraham, Isaac, & Iacob: si ergo ibi Adam sepultus est, ibi etiam vixisse fati liquet, quia gentes illius primae aetatis varia loca non discurrebant, nec maria factis ratibus per saltabant, vt ait Seneca in tragodia septima, cuius titulus est, Medea in carmine. 4. quod incipit. Audax nimirum, qui freta primus. & Boetius de Consol. lib. 2. Metro. 5. sic ait.

*Nec mercibus vnaeque lectis  
Nova littora viderat hospes.*

De quo Ouidius Metamor. libro 1. sic ait.

*Nondum caesa fuis peregrinum, vt viferet orbem  
Montibus in liquidas pinus descenderat vndas.  
Nullaque mortales praeter sua littora norant.*

Iste autem Adam ab illa felici ciuitate Dei exul in hac erummosa lamentabilique tellure, illius quam perdiderat beatissimae ciuitatis memoriam semper agens Alph. Tois. Opusc. De optima politia.

caducam urbem construere non curavit.

Cum autem esset Adam annorum 130. vt ait Methodius martyr, qui secula per millenarios scripsit, & consonat translationi interpretum 70. Cain Abel fratrem suum inuidia motus occidit, quod tamen litera Hebraica, & translatio Hieronymi, quae pauciores annos ponit, ante annum 130. vitae Adae factum esse asseuerat. Nam anno 130. Adam filium suum Seth genuit, vt patet Genesis ca. 4. quod tamen post mortem Abel factum esse scriptura denuntiat. Nam & ipse Adam cum genuisset filium suum Seth, & ei nomen imposuisset: reddens nominis impositi rationem, dixit. Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.

Eo autem tempore Cain in pena sceleris sui vagus atque instabilis, & tremens factus oculis parentis sui comparere non audens, accepta clam vxore sua Calmana, quae pariter foror erat, vt illius temporis necessitas exigebat: egressus a facie dñi, vt scripura Genesis ait, perrexit in terram Orientalem: & tunc sequitur ibidem textus. cognouit autem Cain vxorem suam, quae concepit, & peperit Henocho, & edificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij sui Henoch. Ecce enim verissimè prima orbis ciuitas, quae a secundo homine facta est. Et rectè quidem, nec sine mysterio factum est, vt inquit Aug. 15. de Ciuit. Dei.

Quae enim ciuitates sunt, quarum vna ciuitas Dei, alia autem ciuitas demonis dicta est. Quae duae simul inceperunt simulque percurrunt, vtraque in perpetuum duratura. Ciuitas autem diaboli in hoc labenti saeculo bonum suum habet, post vero sola ei supplicia manent, ideo conueniens fuit, vt ipse, qui inter homines primus ciuitatis diaboli caput extabat primam in terris cōderet ciuitatem. Quod quidem de Cain proculdubio dixerim. ipse namque; est, qui inter homines primus Gehennae incendijs cum diabolo, & angelis eius deputatus est. Rectè ergo iste primus condidit ciuitatem. Quamquam de hac ciuitate quomodo constructi poterit, cum solus Cain cum filio suo Henoch extaret cum nullis alios vsque ad illud temporis exprimat scriptura. Et dato quod postea, ad quid constructa fuisset, cum ciuitas multorum ciuium sit incolata: alia satis magna difficultas est, de qua alibi dixisse sufficiat. Hanc enim late disputat Aug. 15. de Ciuit. Dei.

In illa autem prima aetate, quae finem computationem literae Hebraicae, quam Biblia nostra tenet, habuit annos mille sexcentos quinquaginta quatuor. Secundum vero septuaginta interpretes longe plures, s. duo milia & ducentos & quinquaginta duos, nullam aliam fuisse ciuitatem, nec legitur, nec creditur, quia successio ciuitatis Dei, quae per lineam Seth ab Adam textebatur, tanquam in terra hac peregrina luteam ciuitatem construere noluit. In secunda autem aetate, quae post diluuium secuta est, cum cepissent homines multiplicari, quasi centum annis post diluuium, videtes sedes illas, in quibus eatenus post diluuium manserant esse habitationi eorum incongruas. s. ipsam terram sitam inter montes Armeniae, siue Ararath, vt nominat scriptura, quia asperrimo situ montuosa est, venerunt autem scriptura a parte Orientali, s. per latus montis Caucasii, qui in latere Septentrionali orbis est, quae tota terra nunc Parthia, & Aretusia, & Assyria, atque Media dicitur, tota montibus asperis eleuata, cumque; multum processissent inuenerunt campum. i. terram planam in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. De quo Gen. 11. c. & tunc dixit alter alterum: Venite faciamus lateres, & coquamus eos igni, habueruntque; lateres pro saxis, & bitumen pro cemento, & dixerunt venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius cacumē pertingat in caelum, & celebremus nomen nostrum anteq̃

Ciuitas prima edificata Cai

Adam de Paradiso Terrestri eiectus in Iudaeam translatus est.

Vallis inter Hebron & Ierusalem.

E

quidamur in diuersas terras. Nec enim ista turris ad ascendendum in celum facta est, vt quidam inscij arbitrantur. Nam huius ciuitatis, & turris conditor precipuus Nemrod fuit, qui postea ibi regnauit. Hic aut vt Iosephus in 1. lib. Antiqui. testatur, & Eusebius Cæsariensis atque Lucas Tuden. in Chronicis suis Astrologia repertor & Geometria fuit, & in naturalibus magnus. Cum ergo astrologicè cognosceret celum primum valde distare à terra: impossibile etiam esse cognosceret cunctis mortalibus turrem illuc accedere construere. Nam & tota ipsa terra in vnum aggregatam acutissimum conglobata, atque in modum turris extenta a centro terræ vsque ad celum Lunæ minime pertingeret.

Nemrod Astrologia, & Geometria repertor fuit.

Item quia sciebat naturaliter aeris interstitium medium ita frigidissimum esse, vt nihil in eo viuere possit. Quo modo ergo edificarent, qñ illuc perueniret?

Item sciebat sphaeram ignis orbiculariter extensam esse antequam veniatur ad celum: quomodo ergo per eam transire possent, aut quidquam construere? Nullo vnquam modo talis amentia, in caput ipsius Nemrod edificatorum principis ascenderet. Nec quicquam in hac parte se tueri potest ea fabula, qua dicitur gigantes cum dijs cœlestibus decertasse, vt eos a cœlo excluderent. De quo Ouid. Met. lib. 1. quæ fabula apud omnes tam historicos quam poetas, quam vulgatissima est. Nam ordo ipsius fabulæ istorum intentioni repugnat. Non enim turrem, aut ciuitatem isti construxisse feruntur, sed montes montibus superpo- suisse, ita vt super montem Pelion, mōs Ossa positus esset, & super hunc mons Olympus: deinde ceteros thessalic montes superponere laboraret, nisi eos omnipotens princeps ille deorum misso fulmine deiecisset. De quo Ouidius vbi supra sic ait,

Affectasse ferunt regnum caeleste gigantes, Atque congestos struxisse ad sidera montes. Sed pater omnipotens misso perfregit Olympum. Fulmine, & excussit subiectum Pelion Ossa.

Item dissonant ista duo facta. Nam turris, & ciuitas Babylon in Chaldea, quæ pars Asia maioris est constructa fuit. Babiloniam autem bellum gigantū, quod bellum quoddam verum illis temporibus factum gerit, sub corinthe in Thessalia, qua nunc Thessalonica, siue Salonica dicitur, & pars Græciæ est, accidit. Causa ergo verissima huius turris magna, secundū quod in litera Gen. 11. c. exprimitur fuit, quia homines iam multiplicati in diuersas orbis partes discedere molebantur, vt aliquid magnum atque admirabile manerent, quod totum genus fecisset humanum, turrim illam magnam & ciuitatem fortissimam facere inceperunt. Et ista quidem intentio satis honesta videbatur saltem in cortice. Et dato quod postea multa opera ab hominibus fierent, nullum tamen ita excellens esset, sicut illud, quod totum genus simul condidisset humanum.

Quare turris Babilonia condita fuit.

Quod clarè litera nostra innuit, dicēs: Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad celum, & celebremus nomen nostrum, idest faciamus illam famosam antequā diuidamur in terras. Aliter autem habet hic litera Hebraica, scilicet celebremus nomen nostrum, ne diuidamur in terras, quod quidem aliam longe distantem sententiam facit. scilicet homines illius temporis volebant simul morari, quia cognati erant, & ex similitudine speciei se diligebat, & ad hoc elegerunt terram Senaar, quæ valde plana, & campestris est, vt omnes ibi caperentur, & quia cōtingeret, immo necesse esset ex aliquibus causis hominēs recedere ab illo loco habitationis ad aliquas alias partes terræ. Et quia terra iniua esset, vt pote in

alijs locis non habitata, nec sciret regredi ad locum habitationis hominum: voluerunt ergo facere quādam turrim, quæ ad celum pertingeret, idest quæ esset altissima saltem pertingens vsque ad nubes, vt hæc altitudine sua, & latitudine vbique. scilicet in partibus terræ satis distantibus videri posset, ideo homines videntes illam, quantumcunque a loco cōis habitationis distantes redire possent, & nō perderentur locorum recessibus. Et hoc sonat litera. cum dicit celebremus nomē nŕm. i. faciamus aliquid famosum. scilicet ista turris ita alta sit, vt vbicumq; sint homines sciant hunc locū cōis habitationis hominum. Et hoc est nomē loci esse celebre, siue famosum. Ne dispergamur in terras, idest vt ista tanta turris altitudo facta fuit, vt homines non dispergerentur, quia si recederent a loco illo cōis habitationis, si nihil esset, per quod reducerentur, nec sciret redire. Et si dispergerent per terras, existeret aut turre ita altissima, viderent eam vbique, & sic nō dispergerent per terras. Est aut, vt arbitror, ista litera hebraica conuenientior, q̄ litera nostra, quia existente litera nostra, non vñ ratio quare Deus moueri debuerit rationabiliter contra edificantes talem turrim. Existeret aut litera ista hebraica, quam nunc secutus sum, cōuenienter motus fuit Deus ad puniendum istos destruendo eorum ædificationem. Nam si turrem, vt ipsi volebant, construxissent, altissima & vbique, oēs gentes ibi habitassent: Deus autem hoc noluit: multa. n. inconuenientia ex hoc secuta fuissent. Etiam quod ibi vinitas humana linguæ, quæ ab humani generis exordio extiterat destructa fuit, saluberrimū humano generi fuit, de quibus oibus alibi satis late dixisse sufficiat. Hæc ergo est illa magna Babylon secūda totius orbis in prioritate ædificationis, & in secunda ætate prima, q̄ iō ceteris totius orbis ciuitatibus excellentior fuit, quia totum genus humanum ad eā construendā conuenit. Post hæc vero creberrimè in orbe ciuitates cōditæ sunt, de quibus propositi nostri differere nō est. De ciuitatibus autem tanta dicta sint, vt earum vera pateat origo. Assumpti Paraphi necessitas exigit differi, qd sit ciuis, & quid ciuitas, & vtrū ciuitas monarchica, & aristocratica, & oligarchica, & timocratica, & democratica in sp̄e idem sit, utrum quemlibet ciuē fieri contingat s̄m qlibet politiam: & quid, ad hoc quod quispiā ciuis sit, requiratur: & quod sit optimū genus ciuitatis. Multa quoque in hunc modum, quæ vt in 1. lib. Aeneid. iuxta Virgilium Aeneas ait,

Fortè olim meminisse iuuabit.

Quoniam Arist. in 2. Politic. vbi Paraphi istū locat, facit eum introductorium ad Politia Socratis & Platonis, in qua statuebat vxorum possessionēque cōitas, nos quoque conformiter ad huius Paraphi declarationē de vxorum cōitate primò quonē ventilabimus. scilicet vtrū vxorū pluralitas in Politia Socratis, & Platonis iustū quicquid statuit, vel sit extra terminos rōnis. Intentio quōnis vtrū Politia Socratis & Platonis, q̄ constituit vxorum cōitatē contineat aliquid iustum, vel non. Et arguit primò, q̄ contineat aliquid iustum, & sic illa politia, siue politicus ordo rectus est, qui reducit ciuitatem ad maximā vnitatem, sed cōitas vxorum & filiorum facit ciuitatem maxime esse vnā, ergo est recta. Maior patet, quia ciuitates & qualibet alia res, dum magis vniunt, magis sunt ens, & magis stabiles. Nam regnū in seipsum diuisum desolabit, & domus supra domum cadet iuxta verbū Saluatoris, vt patet Matt. 12. c. Et ibidem: Ois ciuitas vel domus q̄ se diuisa non stabit. Et Boet. de Consol. lib. 3. Prof. 10. probat ens, & vnum esse idem, & dū aliquid magis accedit ad naturā vnitatis magis accedere ad naturā entitatis. Minor scilicet cōitas vxorū facit magnā vnitatē, quia si est cōitas vxorum, oēs vxores oīum erunt vxores vnus viri, & om-

De his late loquitur Abulen. in Gen. cap. 11.

& oēs viri erūt mariti vnus vnuslibet vxoris, & sic tota ciuitas quātacūq; sit, erit quasi vna domus. scilicet vnus vir, & vna vxor. Itē ille ordo politicus est valde iustus, q̄ constituit magnū amorē in ciuitatib. sed cōitas vxorum, & filiorum magnum amorem constituit in ciuitatibus: ergo talis politia est valde iusta.

Maior patet, quia ciuitas consistit in quadam communicatione, quæ maxime durat, quādo maior amor est. Sic. n. ait Arist. 8. Ethic. q̄ conditores politiarū magis curant de amicitia quam de iustitia: quia existente iustitia adhuc opus est amicitia. Existente autem amicitia non est opus iustitia. Minor. scilicet q̄ communitas virorum, & filiorum constituat amorem magnum in ciuitate patet, quia sicut inter patrem & filium, & matrem & filiam, vxorem & virum est quidam gradus amoris excellens omnes alios gradus amoris: ita erit in tota ciuitate talis excellēs gradus amoris: quia omnes diligunt minores se vt filios, cum quilibet quemlibet vt filium habere possit, quem tantum in ætate excedat, vt secundum naturam eius filius esse possit: etiam quia omnes semper diligunt omnes viros, vt maritos, & omnes viri diligunt omnes foeminas de ciuitate tanquam vxores suas.

In cōtrarium videtur, q̄ iste politicus ordo non sit cōueniens: quia illa politia, quæ statuit in ciuitate maximas inimicitias est valde mala: sed per talem communicationem vxorum fiunt in ciuitate maxime discordia: ergo politia, in qua vxores statuuntur cōmunes, pessima est. Maior patet, quia ciuilibus communitas pacem desiderat, & pace conseruatur, per seditiones vero subito perit. Minor per communicationē vxorum fit in ciuitate seditio. Patet, quia aliqua foemina esset ceteris pulchrior, quam multi simul peterent, & sic seditiones mutuae inexorabiles nascerentur.

Ad declarationē lucidiorem quæstionis apponuntur aliquæ conclusiones, quarum prima sit.

PRIMA CONCLUSIO.

Legislator non debet ponere optimas leges, nec optimam politiam.

Legislator volens condere aliquam politiam non debet ponere optimas leges, nec optimam politiam. Pro quo sciendum, qd differūt politia & lex. Nam politia est, quidam ordo, s̄m quem debent conuenire ciues ad constituendam ciuitatem. Lex d̄r esse quædam regula, quæ imponitur ipsis iam existentibus ciuib. vtpote si aliqui conuenire debent ad cōstituendam aliquam ciuitatem, necesse est, vt primo quā conueniāt habeant inter se quædam ordinem. vel qd constituāt super se vnū, qui semper præsit, aut qd omnes per tempora æqualia præsent, aut qd virtuosū præsent: vel illi, qui reliquis potentiores sunt, & sic de alijs modis.

Ista aut talis ordinatio necessaria est eis, antequam conueniant ad aliquid constituendum. Nec est possibile vilo modo fieri ciuitatem, nisi talis interueniat à principio. Nā sicut in naturalib. forma necessario præcedit compositum, siue quia impossibile est aliquod compositum esse: ita in politicis necesse est quædam præcedere formam, quæ efficiat vnā ciuitatē. Nam si inter multos homines nō sit aliqua coordinatio ad inuicem, nullo modo facient vnā ciuitatē, aut quid vnum, cum ipsi sint naturaliter multi, hæc autē coordinatio politia siue politica nuncupatur. Lex autē est quoddam ius constitutum superueniens ciuitati iam conditæ consistente politia. Habet ista cōclusio duas partes. Prima est, qd legislator cōstituens ciuitatē non debet inquirere optimam politiam. Quod probatur quia politiarum quædam bonæ sunt, quædam verò malæ & vitiatæ, vt ait Philof. in 3. Polit. Bonæ sunt tres. scilicet Monarchica regalis, & Aristocratica, & Timocratica. Tres aliæ vitiatæ sunt, Monarchica tyrannica, & Oligarchica, & Democratica. Monarchica regalis d̄r cū vnus dominatur politia, & ille rex est, qui principatus ab vnitatem principis Monarchia Græcè dictū est. Aristocratica politia est illa, in qua principatus est Aristocraticus. i. virtuosus. scilicet in gradum virtutis: ita qd sit aliquis populus sic ordinatus, vt in eo principes elegantur s̄m virtutem: ita qd qui magis virtuosus est quantū ad regimen politicum magis regat: qui autem minus virtuosus est, minori p̄ficiatur principatui & isti principes multi sunt. Sic. n. est principatus inter virum & vxorem. Vir. n. quia virtuosus est secundum naturam. i. prudentior ad regendum, totius domus summa ei regenda comittitur, vxor autem, quia naturaliter nō est ita prudens, suscipit res minores regendas. Tertius principatus timocraticus d̄r, siue politia timocratica, & est vt ait philosophus media inter politiam Oligarchicam & Democraticam: cum sit principatus in hominib. medijs, qui nec pauperes sunt: nec valde potentes & diuites, de quo Arist. in 4. Polit. c. 9. Alia tres sunt vitiatæ, vt patet quia sunt contrariæ trib. rectis politijs. Prima est Monarchica tyrannica, in qua vnus principatus non sequens iustas leges, sed quicquid vult lex est: vel quia nō intendit vtilitatē politicā: aut quia dominatur contra voluntatem subditorum. De qua in 3. & 4. politi. Secunda est Oligarchica in qua dominantur aliqui solum quia potentes sunt, aut diuites sunt. De qua in 4. Polit. c. 5. Tertia est Democratica, & hoc quando populus totus imperat siue pauperes siue simplices, & quicumq; & hoc siue summa principatus consistat apud omnes simul siue per fortes aut tempora omnes de populo principetur. De qua in 2. Politicorum. c. 3. & in 4. lib. c. 5. cuius multæ species sunt. Inter has autem politias optima est s̄m se Monarchica regalis, quia non est discordia in vno principante, sicut in multis. Etiam quia principatus ille politicus est melior, qui magis assimilatur naturæ principatui. Sed principatus Monarchicus magis assimilatur principatui naturæ: ergo melior est. nā principatus s̄m ordinem naturæ est eo qd ille nūquam errat: nec vsq; nunc errauit. Et quæ vt ait Arist. in 12. Met. entia nolunt male disponi. i. res naturales nolunt male eis dominari, ideo necessario dandus est optimus principatus inter res naturales. Et sic dicunt Philosophi, qd non potest mundus melius regi quam regitur, & concludit ibidem Phil. in vltima propositione 12. Met. Mala. n. est pluralitas principū, bonus ergo vnus princeps. Iste in principatus Monarchicus, qui optimus est, non conuenit politia: quia difficile est omnia committere vni viro, vt ait Arist. in fine 3. Polit. maxima qñ isti viri non assumuntur per electionem: sed ex successione accipiunt. Et sic interdum pessimum virum regnare conungit, & destruere politias. Volūtas. n. humana malus canon est. vt ait Philof. 9. Eth. ideo Arist. nullo modo vellet politias regales esse, quia valde periculosa: sed quendam alium modum habere principatus, vt patet in 3. Polit. vlt. Post hunc principatum optimus est Aristocraticus, qui est s̄m virtutem, sed nimis seditiosus est. Nam cū hic fiat electio s̄m virtutem, illi qui eliguntur in principes approbantur a populo tanquā meliores, & ille, qui ad maximum principatum eligitur, vt melior omnib. alijs tam principib. quam non principib. habetur. Et tunc potentes illi, qui non ita virtuosū sunt, & non eliguntur ad principatum, videntes alios valde minores in potentia præferri sibi in dignitate, & tanquam meliores reputari liuore stimulatū concitant seditiones, & faciūt dissensiones a politia. Iste ergo principatus securus non est.

Quid Arist. dicit de hoc polit.

est. Eodem modo quasi concludit Arist. de timocra-

tico principatu, qui est tertius in bonis. Manent ergo tres politia vitia. Tyrannica, Oligarchica, & Democratica. De his autem tertiam, s. democraticam dicit esse convenientem civitatibus, quia ista seditiosa non est cum apud totum populum maneat principatus, & omnes aequaliter dominentur. hac ergo concludit Arist. in 3. Poli. esse meliorem civitatibus licet ipsa secundum se vitiosa sit: cum in ea efficiantur principes illi, qui indocti sunt, & naturaliter apti ad servitium. Volens ergo constituere civitatem, non debet optimam eligere politiam.

Secunda pars erat, q non debet legislator ponere optimam legem. Et patet, quia sicut se habet politia, ita se habent leges. Nam non conveniunt eadem leges in Monarchia, & Aristocrazia, & sic de ceteris politijs: sed optimae politicae conveniunt optimae leges: & pessimae leges pessimae politicae, quae est Tyrannica. Leges optimae, quae sunt regales, vel Aristocraticae destruerent politiam: nec esset conveniens legislator: sed optimam politiam non debet eligere ille, qui condit civitatem: ergo nec debet eligere ille optimas leges: sed sicut debet eligere politiam convenientem huic populo: etiam si illa non sit bona secundum se: ita debet eligere leges convenientes illi populo & politicae: quae non sunt bonae secundum se, id est totaliter.

Patet autem hoc in naturalibus. Si enim medicus daret cibum, aut potum aegrotanti: nunquam deberet dare cibum, qui secundum se est sanus: sed cibum & potum, qui illi aegrotanti est sanus. Nam cibum est simpliciter sanus, qui est conveniens corporibus simpliciter sanis: sicut ille cib. est delectabilis, qui est delectabilis gustui bene disposito: sed corpora aegrotantium non sunt simpliciter sana: ergo impossibile est convenire eis simpliciter sanos cibos: sed eos, qui sunt sanos sibi vel secundum quid.

Ita si quis pueros teneros educaret, ut eos pulchros & corpulentos efficeret: non deberet eis dare cibum, qui est nutritivus simpliciter, sed qui est nutritivus illorum. Nam cibum nutritivum simpliciter, non esset nutritivus puerorum tenerorum, cum esset eis adhuc indigestibilis. Debet ergo legislator considerare in dando leges, q non det optimam legem simpliciter: sed optimam illi politicae. Na forte ille populus, cui datur lex erit imperfectus, & non poterit tolerare legem perfectissimam. Si enim exquiratur legislationes humanae quotquot ab exordijs civitatum datae sunt, non reperitur aliqua bona simpliciter, i. quae contineat omnia, quae continent simpliciter bona, & in nullo deviet ad aliquid, quod in se malum est, & contineat aliquem defectum. Nec est hoc ex ignorantia legislatoris: quia sic ex manifestis factum est. Nec etiam vocabuntur malae leges propter hoc: sed convenientissimae, quia conveniunt fini & statui politico. Immo si quis vellet tollere omnes defectus legum faciendo eas optimas simpliciter, faceret eas pessimas: & nullo modo convenientes politicae, cui dabantur eas. Sola lex Evangelica est simpliciter bona, quae omnia mala prohibet, & ad actum omnis virtutis incitat. Si ergo aliquis vellet ponere optimam legem alicui politicae imponeret ei legem Evangelicam, & veteret omnia mala. s. meretricios, & similia. Sed hoc erat destruere politiam. Licet ergo lex Evangelica in se optima sit, & sola simpliciter bona: si tamen imponatur alicui politicae, pessima est. Stultus enim legislator ille esset, qui legem Evangelicam totaliter sub punitione in politia sua custodiri mandaret. Quomodo autem ista duo stent. s. quod lex Evangelica sit optima simpliciter, & tamen sit mala cuilibet politicae, in alia repetitione declaratum fuit. Cui ergo optima politia sit, quae maxime a malo ve-

rat, & maxime ad virtutem incitat, & promovet, & nulla lex siue constitutio sit, quae magis hoc faciat; quam constitutiones Monachorum & fratrum, in quibus quisque profitetur obedientiam continentiam & paupertatem: qui voluerit dare alicui politicae optimas leges, det eis leges Monachorum. Quo quid stultius excogitari potest, quam facere aliquam talem politiam? Et hoc observavit Deus in dando legem Hebraeis. Nam quia dabat hominibus imperfectis: non dedit legem optimam, sed continentem aliquos defectus a perfecta, & tamen haec erat illi populo conveniens.

Quare autem in lege Evangelica sic factum non fuerit, alibi dictum est. Non debet ergo legislator optimam politicae dare legem: quia illa omnia mala vitaret, quod non oportet esse, ut declaratum est. Et secundum hoc intelligitur illud. c. nam & concupiscentiam. extra de constitu. cum dicit: bona est lex, quae cum concupiscentiam prohibet, omnia mala prohibet. omnia mala, quae sunt mala politicae, cui data est lex illa: non tamen omnia mala simpliciter: immo illa lex est pessima, quae verat omnia mala simpliciter.

Ex hoc inferitur corollarium. Quamvis veteris legis praecipua iudicialia Deus recte potuerit, nulla tamen politia, licet potuerit postea omnia illa recipere debuit. Quod patet, quia in lege veteri erant praecipua triplicia. s. moralia, caeremonialia, & iudicialia, de quibus omnibus per singula differere, nec locus, nec propositum nostrum est. Caeremonialia autem, nec iudicialia non manserunt in lege nova habentia pristinam obligationem, sed sola moralia. Erat tamen differentia inter iudicialia, & caeremonialia: quia caeremonialia nullo modo manere potuerunt, quia repugnabant totaliter statui novi testamenti ex natura significationis suae. Iudicialia autem, in quibus non attendebatur talis significatio, licet non haberent aliquam obligationem in novo testamento: tamen poterant servari in eo, quia non repugnabant. Ita q ista conservatio non esset ex viribus illius legislationis primae: qua nos credere remus obligatos ad observationem istorum, quia Deus dedit tales leges Moyse: sed ex aliqua nova institutione, utpote si aliquis princeps in terra sua vel ecclesia statueret in sua iurisdictione aliquam de illis legibus observari, sortiretur illa lex vires obligationis: non ex antiqua Dei legislatione, sed ex nova principis illius vel ecclesiae institutione. Nam leges iudiciales a Deo datae pro maiori parte Exod. 21. 22. 23. continentur, de quibus multas canonizavit ecclesia, ut patet extra de homicidio. c. si quis per industriam, & extra de adulterijs & stupro. c. si seduxerit quis Virginem. & extra de iniurijs, & damno dato. c. si rixati, & c. si apparuerit, & c. si bos cornupeta, & c. si legerit quis spiam. Et in alijs locis. In aliquibus etiam terris plures leges de illis specialiter observantur. Et nihil magis est ecclesiam vel dominos temporales accepisse istas leges, quae olim fuerant datae a Deo, quam q vna gens velit accipere leges, quae apud alias gentes servantur. Sic n. Romani leges a Graecis acceperunt. Nam decem viros Romanos Athenas miserunt, qui leges a Solone legislatore datas de Graeco sermone in Latinum transferentes decem tabulis exposuerunt. Et quia ista legislatio Romanis postea perfecta visa non est, duas tabulas legum addiderunt 12. tabularum facientes. Et iura ista vulgariter leges 12. tabularum appellantur, de quibus lausissime ff. de origine iuris in l. necessarium. Et de his Paulus Orosius. 2. de Ormesta mundi, & Isidorus Etymo. lib. 5. & in Decret. di. 8. c. Moyses. Constat autem q Romani non acceperunt illas leges Solonis tanquam putarent se eis obligatos, sed quia viri prudentes leges erant, placuit Romanis illis assentire.

Et licet decem viri Athenis eas conscripissent: nondum

dum tamen erant leges, nec obtinebant aliquam obligationem super Romanos donec Romae allate populo decernerentur vim legum haberent. Sic ecclesia non recepit leges iudiciales, quas Deus tradiderat Moyse, tanquam eis se obligatam crederet, sed quia placuit ei statueri illas assentiendo aliquibus earum, quia recte positae erant.

Et tunc argueret aliquis, cum intentio legislatoris sit condere rectas leges conservatorias status politici, & constat, quod apud homines non est certitudo iudicij, ita quod semper possint dare rectas leges, & ideo aliquando dant leges iniquas ex ignorantia propter hoc, quando reperiunt leges alicuius viri prudentissimi, assentiunt eis, tanquam non ita dubitentur de iniustitia illarum legum, sicut de legibus alijs. ut Romani assumpserunt Solonis Atheniensis legislationem, iniustas magis prudentiae illius viri, quam prudentiae suae. Quia ergo Deus est pura prudentia, & impossibile est eum errare, & necesse est leges ab eo datas esse recte positas, debentur igitur omnes politicae leges illas, de quarum iustitia non ambigitur, acceptare.

Ad hoc respondetur, quod quilibet legislator, ut supra diximus debet dare leges, non quidem simpliciter optimas, sed optimas illi politicae, quam dirigere vult. Deus autem, qui erat simpliciter bonus, & prudentissimus, dedit Iudaeis praecipua iudicialia, quae non erant simpliciter bona, quia populus Iudaicus non erat bonus simpliciter dispositione propria, nec dispositus ad hoc dispositione propinqua, ideo lex vetus, cuius quaedam pars erant praecipua iudicialia, non erant perfecta, nec praecipua illa iudicialia erant simpliciter bona, immo si essent simpliciter bona non conveniret eis, sed erant talia qualia convenirent illi populo. Et quia non sunt omnes populi, ita dispositi, sicut tunc erant Iudaei, non sunt bonae illae leges pro omnibus populis, ideo licet illa praecipua sine dubio bona fuerint, & convenientissima Iudaeis, non tamen conveniunt nobis, quia non habemus eandem dispositionem, quam ipsi. Et quando dicitur, quod Deus est perfectissimus legislator non potens errare in lege, quam dat, ergo omnes populi debent accipere pro se istas leges, non valet consequentia, nam licet impossibile sit, quod illa lex, quam Deus dat, sit illi populo mala, tamen satis est possibile, immo sic est de facto, quod illa lex sit mala alijs populis. Nam multa ponuntur in ipsis praecipuis iudicialibus Hebraeorum, quae si a nobis observarentur militarent contra statum nostrae politicae. Non decet ergo, quod ecclesia, vel aliquis de principibus modernis in terra sua confirmaret omnes illas leges.

SECUNDA CONCLUSIO principalis.

Ad perfectam politiam volentem ordinare, generandi tempora oportet considerare.

Tertia conclusio sit. Ad perfectam politiam volentem ordinare, generandi tempora oportet considerare. Est sensus, quod ad hoc, quod aliquis statuat perfectam politiam, oportet quod consideret de temporibus, in quibus generatio fieri debet.

Dicuntur tamen dupliciter tempora generandi, quia, aut pro ipsis qualitatibus temporum, in quibus carnalis accessus ad generationem fieri debet, utpote si in vere, aut in hyeme, autumno, siue aestate. Aut pro etate ipsorum gignentium, scilicet utrum tanta aetatis, vel tanta erit, qui generationi operam dare debet. Vtrumque autem horum multum agit ad bonam habitudinem corporis, & intellectus ipsorum genitorum. De tempore autem prout est qualitas quaedam

ipius temporis postea dicitur in alia conclusione. De tempore tamen, prout est etas ipsorum gignentium hic dicendum est, quoniam multum esset generantes tante, aut tante etatis esse. Primo quidem valde vitandum est, ne homines in parva etate deant operam generationi. Sequuntur enim multa inconvenientia, quia quando quis a parva etate coitibus vacat totum eius robur enervatur, & postea debiles sunt, nec valent ad actus bellicos, vel aliqua alia opera fortitudinis, vel corporalis roboris, ut ad duros labores. Etiam ad gignendum potens convenienter non est cum tota eius virtus a teneritudine exhausta sit. Cum autem aliquis in etate robusta generationi vacare incipit, virtus eius integra est, & robusta, & manet in eorum robur ad omnes operationes fortitudinis, & semen illud temperatius est, & valet sufficienter contemperate semen muliebri. Isti enim abundantiores sunt in virtute generativa, pluresque filios gignere possunt.

Aristoteles autem circa hoc in 7. Politic. c. 15. dicit, q viris tempus generandi est usque ad annos 70. in feminis autem usque ad 50. Et hoc quidem erat tempore suo, in quo usque ad plures annos durabat tempus generandi, quia etas robustior erat. Sicut in prima etate gignebat homines in anno 100. & 150. & usque ad 500. annos, ut patet Genesis 5. c. postea autem per etatum successiones, tempus gignendi abbreviatum est. In tempore, ergo Aristotelis usque ad longiorem etatem homines gignebant, sed non multo amplius, quam nunc, licet a tempore suo usque nunc transierint anni 1780. cum fuerit tempore Alexandri magni Macedonis.

Dicit enim Aristoteles ubi supra, quod non debet expectare homines, ut gignant in ultimo tempore, quo gignere possunt. Nam tunc antequam filij sint adulti, patres deficient viribus, & non sufficient ad educandum filios propter etatem, nec filii sufficient ad seipos, vel patres educandos propter parvitatem.

Optimum autem gignendi tempus tunc est, cum sic filij gignantur, ut ante ad robustam etatem veniant, quam patres eorum viribus carere incipiunt, ut patres filijs parvulis procurent necessaria, & filii ad etatem robustam venientes, patres iam deficere inchoantes educare incipient. Et nullum sit tempus in quo, aut parentes filijs, aut filii parentibus non valeant necessaria ministrare.

Dicit etiam philosophus in eodem 7. Politic. c. 15. q mala generatio est cum vir incipit generare in 17. vel 18. anno, aut simili tempore propter multa. Primo, quia pueri nati, quando ad aliqualem etatem deveniunt, ita, ut cognoscant patres, videntes sic iuvenes, quasi cognatos, non verentur multum qualiter patribus verendum erat. Et hoc magnum inconvenientens est, quia sic filii indisciplinati erunt. Secundo, quia quando viri in valde parva etate uxores accipiunt propter inexperiencem etatis, quae in parvo tempore fieri non potest, ut patet in primo, & 5. Ethico. inepti sunt ad regimen economicum, s. ad disponendam rem familiarem, & sic interdum magne facultates iuvenibus derelictae facilius disperduntur. Tertia ratio est, quia cum viri parvae etatis mulieribus commiscantur filios parvi corporis generant, & viribus deficientes, quod non expedit perfectae politicae. Generale est enim in omnibus animalibus, q fetus novorum animalium imperfecti sunt, & inducit lignum, quia multae civitates sunt, in quibus permittunt parvae etatis iuvenes, & iuvenales coniugari, & ibi omnes homines, ut communitate parvi sunt. Ratio huius est, q magnitudo fetus generat ex virtute seminis generantis, cum ergo in iuvenibus deficient virtus in semine, quia nondum ad perfectionem devenit, sequitur necessario imperfectio in prole, nisi alterum

De his v. de laus ipsorum Abulenti Gene 30. quat. 5.

Tempus generandi in viris, & feminis tempore Arist.

alterum eueniat per accidens. Quarto, quia in parua etate coire genitoribus, & pluri genitoribus simul nocent, quia sic coiens viribus caret, & membrorum debita quantitate atque proportione priuatur. Indisponitur etiam ad vitam, quia actum coitus frequentantes modico tempore viuunt, quia per coitum intempestiuum calor innaturalis excitatur desiccans corpora tenera, & cum vita consistat in humido radicali, & calore naturali, inualefcence calore innaturali super humidum radicale disponitur homo ad mortem. Alia etiam causa huius ponissima est, quae cuicumque quantumcunque simpliciter nota est. Mulieribus etiam ante debitam etatem coire periculofum atque valde nociuum est, quia contingit mori, & periclitari in partibus propter angustiam, & paruitatem muliebrium vasculorum, & teneritudinem naturae iuuenilis non potentis tantum tolerare dolorem.

Secundo etiam, quia in mulieribus sic paruae etatis coenantes sequuntur parui foetus, dato quod viri perfectae aetatis sint. Et hoc ex duobus est, scilicet, vel propter imperfectionem feminis, siue menstrui muliebris, vel propter angustiam vasculorum matricis fetum ad quantitatem paruam cohibentis.

Tertio, quia per intempestiuos coitus ad gignendum indisponuntur, sicut postea concipere nequeant. Unde sepe videmus, quod aliquae iuuenulae, quae in valde parua etate a viris cognitae sunt, postea concipere non valent.

Quarto, quia valde malum est, nam iuuenulae in parua etate coitis afluere ardentes efficiuntur, & intemperatissime, quae postea nec multiplicatis coitibus facientur.

Aetas ergo conuenientissima ad gignendum, ut ait Aristoteles in praedictato libro 7. Politicorum. c. 15. in viris est ad annum 36. vel 37. siue pauloante, vel post, in feminis autem ad annum 18. vel 20. Et conuenit ista generatio proli genitae, & patri generati ad bonam corporis habitudinem, & communicationem economicam, quia filij geniti in anno 36. vel pauloante erunt perfecti viri, & potentes generare antequam patres deueniant ad senectutem cum viribus careant, & sic patribus providebunt, sicut eos parentes adhuc pueros teneros nutrierunt.

Item dicit, quod licet viri usque ad annum 70. gignere possint, tamen non debent gignere usque ad ipsam aetatem, quia fetus iuuenium, & senum imperfecti sunt corpore, & deficientes valde in intellectu. Cuius ratio est, quia perfectio intellectus nostri quantum ad cognitionem, quam habet, dum est conueniens dependet, vel mensuratur secundum perfectionem phantasiae, & organorum cognitiuorum, non quod intellectus alligatus sit corpori, vel determinet sibi certam qualitatem organi, sicut virtutes organicae, ut visus, auditus, & ceterae, sed quia ad actum suum praesupponit actus organorum praecessisse, vel actualiter esse, & sic dicimus, quod caecus non iudicat de coloribus, quia caret virtute organica, quae requirebatur habuisse actum ante operationem intellectus. Sic enim ait Aristoteles in primo Posteriorum. quod necesse est illa scientia carere, de cuius obiecto potentia sensitiva caremus. Etiam, quia ad intellectionem requiritur actualis conuersio intellectus super phantasmata, ut ait philosophus tertio de Anima, oportet intelligentem circa phantasmata speculari, si ergo phantasia non sit disposita non poterit intellectus habere actum suum, vel habebit eum valde imperfectum.

Et ista sola causa est, quare homo cum est ebrius non intelligit, aut modicum, & distorte intelligit, etiam quando est dormiens. Si enim intellectus non haberet actualem conuersionem ad phantasmata ad

intelligendum, non minus homo intelligeret, cum esset ebrius, quam cum esset sobrius, quia intellectus in se aequaliter dispositus est, licet non afficiatur aliqua corporali passione, quia mere incorporeus est. Qui ergo meliora organa habet, melius intelligit, sed dispositio organorum fit secundum qualitatem feminis, ex quo corpus formatur, & secundum influentiam caelestem disponentem, semet tamen in senibus, & iuuenibus satis adhuc perfectum non est, vel a perfectione iam decidit, ergo tales fetus imperfecti sunt secundum intellectum. Concludit, ergo philosophus, quod secundum sententiam philosophorum, & poetarum tempus ad vacandum generationi in viro ad formandas perfectas proles debet esse ab anno 36. vel pauloante usque ad annum 50. vel 54. haec quidem ad bonitatem prolis, tam secundum corporis habitudinem, quam perfectionem intellectus indubitatissime constant.

Licet de hoc iura humana maxime ecclesiastica non multum curauerint concedentia matrimonialia foedera iungi in primordio pubertatis, quae in 14. anno viris, feminis autem in 12. euenire solet, vel cum ex habitu corpore demonstrant, quod generare possint, ut ait Isidorus Etymologus. lib. 11. cap. 2. & extra de sponsatione impuberum c. puberes. Ratio horum est, & primo de iuribus humanis ciuilibus, quia iura illa ciuilia tanquam primum, & summum bonum intendunt pacem politicam, ut patet ex principio 7. Politicorum. si tamen homines ante annos 36. coniungere matrimonialia foedera verarentur, cum iuuenes ante illam aetatem violentissime ad actum venereum inciterent, tota ciuitas libidinibus repletur, ex quo innuenerit seditiones orta discessum facerent Politiae. Potius ergo consentit aliquo modo perfectas, quam patitur totas destrui politias.

De iure ecclesiastico, siue diuino, inter quae nunc non distinguo, licet distincta sint. Ratio ista est, quia ius diuinum, magis intendit prohibere homines a peccato, ut perficiantur in vita aeterna, quam consentiendo peccatum deducere homines ad temporaneam perfectionem. Homines autem cum ad pubertatem deueniunt incipiunt ad coitum inflammari. Quod si salubri remedio matrimonialia foedera iniendo honeste passioni illi non provideatur in hominibus imperfectis, necessario omnia genera libidinum sequentur, magis intendit deuitare ius diuinum, quam homines ad quamcunque corporis, vel intellectus perducere perfectionem, ideo Apostolus ad fornicationis vitandae remedium uxorem accipere consulti ceteri dicit 1. Corinth. 7. c. Vnusquisque uxorem suam habeat propter fornicationem. Scilicet vitandam. Melius est enim nubere, quam vri. Cum enim ecclesiastica politia ad politiam caelestem subordinetur, magis curat perficere homines respectu illius a peccatis distrahendo, quam hic temporaliter perficere in corpore, & intellectu aptissimos faciendos.

Alia autem adhuc potentissima ratio est, licet honesta non sit, quia ut secundum vulgatissimam carnalium opinionem loquitur quis de continentia sua fructum aeternae beatitudinis non sperans, nemo tanto perficiendae politicae amore flagraret toto tempore iuuentutis, in qua motus potentissimi sunt usque ad annum 36. ut iocunditate venerea se priuaret. Talis ergo lex licet in se bona foret, a nulla, tamen vniquam politica obseruata est.

QUARTA CONCLUSIO A principalis.

Politicum curantem perfectas facere proles gignendum oportet spectare occupationes.

It quarta conclusio. Politicum curantem perfectas facere proles gignendum oportet spectare occupationes. Est sensus, quia qui vellet habere curam de gignendo proles perfectas, siue ille perfectionem talem inducere volens politicus sit, & hoc curet inducere in tota politia, siue alius vir quicumque sit, debet considerare labores, siue occupationes generantium. Dicit enim Arist. 7. Ethic. c. 15. quod viri volentes generationi operam dare debent mediocres habere labores, ita ut nec labores fortissimi, & constringentes sint, nec rursus volentes gignere ocio occupentur. Na qualibet istarum dispositionum non modicum confert ad bonam corporis habitudinem, & perfectionem intellectus.

Quae conferant ad plis generationem.

Ex hoc enim sequitur, quod illi viri vacantes delictiosis cibis, & potibus, nullis laboribus, aut sollicitudinibus occupati filios turgidos, siue inflatos gignunt, & infirmos corpore, & secundum intellectum ineptos, & ad motum tardos, ad omnem tamen corruptionem, idest egrotitudinem dispositissimos. Ratio huius est, quia indigestio feminis, & superflua humiditas inflatiua est, & carnes molliissimas reddit quadam mollicie muliebri dispositissima. Nec oportet generationi operam daturis fortibus laboribus implicari frangentibus corpora humana. Cuiusmodi sunt hastiludium, & alia genera fortium exercitiorum, vel quotidiana conuersatio in armis quemadmodum in bellis, & conformiter in agricolis, qui quotidianis magnisque laboribus affligunt corpora sua.

Cuius ratio est, quia fortes labores, & nimis motus causant ardorem excessiuum innaturalem, qui non solum superfluas humiditates digerit, sed etiam spiritus feminis, in quibus totus vigor est exhalare facit, & ipsam naturalem humiditatem exurit. Ex quo sequitur, quod aliquando videtur, sicut quod filij hominum nimis studioforum, qui geniti sunt eo tempore, quo patres studij sollicitudinibus vigilantius intendebant, parui corpore sunt, & viribus debiles, nec abundantes in intellectu, immo ut in plurimum de stultitia suspecti. Cuius ratio est, quia nimia cura studij totum hominem exurit, & desiccatur. Semet autem cum desiccatum est, caret debita humiditate secundum quam augmentum in corporibus est. Augmentum enim in humido, & tenero fit. Ideo ea, quae semel arefcunt, vel ariditati propinquant, postea augeri non valent. Desiccato, vel exusto semine membra organica desiccantur. Cum autem phantasticum organum debitam humiditatis proportionem coeigat, fit ut hi, qui aliqualem phantasiae desiccationem incurrunt in quandam stultitiam, siue dementiae, & admirationis speciem referantur. Quod patet in lunaticis, & furiosis illis, qui habent lucida intervalla. Nam cum luna totius humiditatis sit mater, ut manifestatur in fluxu, & refluxu abundanti facta in duabus quadraturis, quae in reliquis duabus, cum enim luna in augmento est, quia influit abundantanter de humiditate, lunatici & furiosi habentes lucida intervalla bene iudicant. Cum autem luna decrefcit, quia non influit sufficientem humiditatem desiccatur in eis organum phantasticum, & incipiunt fortiter furere.

Simile etiam videmus in cholericis adultis, qui necessario sicci sunt, ideo generaliter ad dementiae propinquant, nisi magno regimine defendantur.

Ex hoc etiam sequitur, quod viri valde amatores,

qui magno tempore amant, nec desiderio suo potiti sunt, ad gignendum indispositi sunt. Et si gignant, sequentur proles deficientes secundum omnia supra dicta.

Cuius ratio est, quia sicut cura vehemens studio materiae feminalem exurit, & fetus secundum corpus, & intellectum imperfectos reddit, ita nimius amor corpora amatorum exurit, & fortius adhuc. Nulla namque passio est, & nec quisquam labor, qui ita virum totaliter absumat, & destruat, ut magis infra dicetur. Iste ergo irrationabilis atque vehemētissimus ardor, immo potius furor, amantem cito atque potentissime desiccatur, & exustum reddit. Ex quo sequitur id, quod communiter videmus in amantibus, quod pallidi sunt, & iste est verus color eorum, si ardentiam amant. Sic enim Ouidius huius disciplinae magister ait in primo libro de arte amandi.

Palleat omnis amans, color est hic aptus amanti. Cuius ratio est, quia cura nimis ardens, & continua sollicitudo corpus potentissime exurit.

Est autem in corporibus humanis quidam subcutaneus sanguis, idest sub cute positus, a quo quidam rubor in superficie cutis ostenditur, cum vero ardens cura subcutaneum excusserit sanguinem, conuertitur in nigredinem, ex quo sequitur necessarium in superficie cutis quidam color pallidus, vel luridus ad nigredinem tendens. Si autem in vultu hominis rubor non sit, est saltem quaedam humiditatis teneritudo intra cutem locata eam distendens, atque candidam efficiens, & haec a vehementissimo ardore amantium abforbetur.

Ex quo vultus necessario in rugas contrahitur, & ad colorem attum tendit. Et ex eisdem causis sequitur id, quod communiter videmus, scilicet, quod filij agricolatum, qui magnis laboribus occupantur parui corpore nascuntur, & exiguae vires habent, quia nimis labor, & motus materiae feminalem exurunt.

Sequitur etiam, & alterum quod videmus, scilicet, quod filij pastorum magna, & pulchra, & robusta corpora habent, quia pastores magnis laboribus non occupantur molentibus corpora. Nec rursus totaliter occiantur, quia mouentur congruenti motu, & frigoribus atque ardoribus caeli patent, & habent quosdam alios labores, & exercitia, quae sunt sufficientia ad congruentem feminis digestionem.

In feminis vero idem obseruari oportet, quia non debent duris laboribus studere postquam concepterunt, quia possent faciliter abortum pati. Et si forte semet formatum nondum sit, vel etiam si formatum est calor innaturalis infurgens causat in fetibus eandem inconuenientiam, quam de viris diximus, scilicet desiccationem feminis, & indispositionem ad corporis augmentum, & robur, & malam intellectus humiditatem consequentem organa phantasiae.

QUINTA CONCLUSIO A principalis.

Si prolis perfectio a generantibus requiratur, necesse est, ut de loco, & positione nimium laboretur.

Quinta conclusio sit. Si prolis perfectio a generantibus requiratur, necesse est, ut de loco, & positione nimium laboretur. Est sensus, quod si quisquam perfectas proles gignere cupit debet considerare locum, in quo gignit, & contra quam partem mundi locus ille situatus est. De locis autem ad generationem ait Aristoteles in 7. Politicorum cap. 15. locum eligi oportet magis declinantem ad frigiditatem quam ad caliditatem, vel saltem medio modo se habentem. Na videmus,

De feminis quid agendum sit ad fetus bene feruandos.

Annus 36. in viro in femina 18. ad gignendum.

Phantasia turbatio causa est, quare ebrius, & dormiens distorte intelligit.

demus, quod homines nati in terris frigidioribus, vt communiter, & secundum quod huiusmodi robustiores sunt, & maiora corpora habent quam homines nati in terris calidis, vt ait Philosophus 7. Politic. cap. 5. Cuius ratio est, quia frigiditas loci circumstantes constringendo detinet feminis spiritus, ne exhalent in quibus tota vis prolis futuræ est, siue quantum ad robur, siue quantum ad corpulentiam. Caliditas autem loci disgregat, & subtiliando aperit, atque spiritus feminis exhalare facit.

Situs loci ubi generatio fieri debeat.

Debet etiam locorum positionem inquirere, scilicet contra quam mundi partem, vel contra quem ventum illa loci generatio pateat, san contra austrum, vel contra boream, aut Subsolanum, vel Fauonium. Non enim conueniens generatio in locis sitis contra Austrum, id est quod sint inclinata ad ventum Australem, vt ea totaliter, & directe perflare possit, & ex parte Boreæ alij eleuationem aliquam habeant, ita quod boreas ea non tangat, vel modicum tangat. Sed est conuenientissima generatio in locis positus contra Boream. Mediocritas autem est in locis sitis contra Subsolanum, qui est ventus orientalis flans de puncto Orientis, & in locis, qui sunt contra Fauonium, qui est ventus directe occidentalis. Debet etiam attendi quis ventus tunc proflet cum generatio fit. Nam flante Borea generatio conuenientissima est, vel duobus collateralibus eius. flate vero Austro, aut aliquo de duobus collateralibus mediocritas generatio est, melior tamen in collateralibus eorum vergentibus ad Boream quam vergentibus ad austrum.

Ratio horum est, quia ventus Borealis sua frigiditate spiritus feminis continet ne exhalent, & sua subtilitate, & siccitate humiditates viscosas desiccet, & consumit, quod ferui valde conuenit. Venti australes e contrauerso sunt calidi, & humidi. Inflant ergo corpora, & humefaciunt, quod valde repugnat bonæ habitudini fetus. Ventus autem Fauonius, & Subsolanus qualis collateralibus suis temperata caliditatis, & frigiditatis sunt, & humiditate conuenientem habent.

Ex hoc etiam sequitur, quod proles ille, que in hyeme frigidissima generantur flante Borea, & terra gelata ceteris partibus meliores sunt ex causis supra positis, scilicet ex frigiditate continente spiritus feminis.

Proles hyemales optime sunt dispositæ æstiuè pessime.

Proles autem in calidissima æstate genitæ pessime sunt deficientes intellectu, & corpulentia, & viribus propter caliditatem facientem spiritus feminis exhalare, ad quod remedium est, vt qualitates locorum, & ipsorum qualitatis temperentur, scilicet quod homines habitates in terris frigidis valde generationi operam dent incipiente vere. Et si terra excessiue frigida est, incipiant in ipsa æstate, quemadmodum sunt terre existentes in septimo climate, & vltra climata in partibus tendentibus versus Arcticum polum. Quia si habitantes in terra valde frigida in hyeme frigidissima coitibus vacarent, gignerentur quidem proles secundum corpulentiam, & robur perfectæ, in intellectu tamen nimis deficientes, quia nulli omnino spiritus exhalarent, essentque omnes tales homines nimis passionati, & ad omnia impetuosi. De quo Arist. 7. Politic. cap. 5. Si autem illi in vere, aut æstate coeant, ipsa loci frigiditas adiuuabit ad continendum spiritus feminis. Temporibus autem aliqualis caliditas faciet ad feminis digestionem, & ita generabitur proles secundum corpus, & intellectum medio modo temperata.

La. Cimbrorum Anglorum Sarmatarum Scytharum.

Ex quo sequitur, quod nulla terra est aptior ad gignendos homines perfectos secundum intellectum, & secundum corpus simul quam terra quarti climatis, in qua nos habitamus. Nam licet terra quæ sunt in 7. climate, & vltra septimum, scilicet in octauo, & versus decimum, sicut sunt Anglia, Alemania, Dacia, Non-

gia, & alia terre accedentes ad polum ad faciendum corpora hominum in calore, & animositate, & robore potiora valeant, vt communiter magis quam ista. Hæc tamen vtrunque gignit, scilicet corpulentiam condendentem, & vires sufficientes, & promptissimum intellectum. hominibusque huius quinti climatis fortia gesta, & sapientia per historias si inquirantur maiora reperientur, quam in omnibus alijs climatibus simul sumptis. In hoc enim climate Roma, in hoc Græcia pars, in qua olim magna floruerit studia. In hoc etiam cetera probitates abundantius reperitur. Qui autem in terra valde calida gignere volunt, obseruent tempus hyemale, non quidem quando auster cum magna aquarum copia orbem perflat, quia tunc proles inflatur, sed cum aquilo fortis pruinas, & vehementia frigora generauit.

Ex superioribus sequitur corollarium. Sub vtroque polorum Arctici, siue Antarctic generationem, vel corruptionem naturaliter impossibile est dari. Pater quia sub alterutro polorum tanta est loci frigiditas, vt semen infringat, & condenset, congelet atque mortificet, vt nullo modo semen virile muliebri mœstruo vniri possit. Et si aliquo modo coniugantur, ita calor feminis expirat excludente illum loci frigiditate, quia non est ibi aliqua vis digestiua menstrui muliebri, & formatiua fetus, quæ sunt necessaria ad generationem. Et si arguas, quod frigiditas illa non tollat generationem, quia aqua frigida est, tamen pisces in aquis generant.

Respondetur, quod non qualibet frigiditas loci repugnat generationi, sed frigiditas immoderata. Immo ipsa frigiditas ad generationem adiuuat quando moderata est, quia per antiparitasum percutit calorem, & facit illum recludi, & fortificari, & non finit spiritus exhalare. Ideo sic digestio vberius celebratur, & spiritus manentes fortiores atque corpulentiores fetus reddent. Frigiditas autem immoderata qualis sub quolibet polorum est, cogit virtutem feminis extingui atque deficere.

Licet de hoc distinguere possit. Quia sicut non est idem sanum homini, & piscibus, vt ait Aristoteles in 6. Ethic. ca. de sapientia, ita nec dicitur idem frigidum, vel calidum respectu hominis, & piscium. Ideo bene stat, quod piscibus aqua frigida non sit, & ibi generentur, hominibus autem frigida est, & ibi generatio esse non possit. Etiam quia pisces in aqua viuunt, & foris viuere non possent, homines autem in aere viuunt, & intra aquas viuere non possent, si aqua eorum viscera subintrarent.

Item alio modo dici potest, scilicet quod licet aqua, in quibus pisces morantur nobis frigida sunt, simpliciter tamen non ita frigida sunt, vt generationem excludant. Nam aqua calefiunt a sole per radios incidentes, & per radios reflexos penetrantes profunditates aquarum, & magnam partem terræ, ideo reperitur ibi calor sufficiens ad digestionem feminis piscium. Et sic comparari non potest frigiditas fluuiorum frigiditati, quæ est sub polo. Nam vt ait Philo. in 2. Physi. Sol & homo generant hominem. si ergo sol non existeret, impossibile esset gigni hominem, quia deriuatur virtus causarum superiorum per istam concatenationem naturæ. Sicut ergo eo non existente non fieret generatio, ita eo non influente conformiter non fiet generatio, sed sub partibus subiectis vtrique polorum sol influere nequit: ergo non erunt ibi generationes. Et patet, quia partes suppositæ polis sunt maxime distantes in toto orbe ab ipsa æquinoctiali linea, & tota zodiaci latitudine. Sol tamen, & cetera stellæ agunt in ista inferiora per radios, qui sunt duplices, scilicet incidentes, & reflexus, sed sub polis neuter horum radiorum esse potest, nisi

nisi debilissime, ergo nec erunt generationes. De radio incidenti patet, quia radius incidens est, qui directe cadit a corpore luminoso super aliquam rem, & ad istum radiu requiritur eleuatio corporis luminosi super corpus in quod radius incidit, & non quantumcunque eleuatio, sed eleuatio satis magna versus perpendiculararem. Nam si modicum eleuetur corpus radias super corpus radiatum, erit quidem radius incidens, sed ad causandum calorem aliquem tantum erit ac si non foret. Huiusmodi autem euenit in sole quantum ad partes suppositas solis, quia si accipiantur partes suppositæ polo arctico, quando sol steterit in tota medietate Zodiaci, quæ est a Libra vsque ad Arietem occultabitur illis partibus, sicut occultat nobis sol toto tempore noctis, & erit eis vna nox dimidij anni. Cum autem peruenit Sol ad Arietem, scilicet ad aliam medietatem Zodiaci aquilonarem incipit apparere terræ illi, & tamè modicum eleuatur, ita quod radij eius valde modicum incidunt. Et quia radij incidentes modici caloris causantur sunt, sed radij reflexi, sub polo autem modica reflexio fieri potest, quia in maxima eleuatione solis super partes illas erit directio, vel eleuatio 23. graduum, & aliquorum minutorum iuxta mensuram declinationis capitis cancri ab equatore diei. Tã parua autem eleuatio ad causandum radios reflexos nihil est, maxime quia loca media, per quæ transire debet radius ante ipsum polum, satis plena sunt nebulis, licet sub ipso polo nebulæ esse non possint, ideo nulla actio solis erit in illa parte orbis. Con-

Sub polis nec arbores nec herbe nec lapides sunt nec generantur.

formiter autem dicendum est de altero polo, scilicet de Antartico, qui est Meridianus quantum ad partes subiectas ei. Frigiditas ista sub polis non solum ratione conijcitur, sed etiam experimento probatur. Nam in partibus illis versus Septentrionem, scilicet vltra Angliam, & Nouergiam, & terram Scotoru, & Orchades insulas sunt tanta frigora, vt flumina perpetuo gelata sint, & quadrigæ super ipsa moueantur. Si ergo in his terris tanta frigiditas est, vbi eleuatio poli vix 60. graduum est, quid erit cum perueniatur ad insulam Thile, quæ est vitimus locus in parte Septentrionali orbis, vt ait Boetius de consola. lib. 3. Met. 6. cum dicit, & seruiat vltima thile, in hac insula dies, in qua Sol accedit ad caput Cancris. scilicet in medio mensis Junij est dies vnus 24. horarum integrarum, ita quod nulla tunc nox est, & postea decrescunt dies ibi, sicut hic. De quo Solinus in Polystor. ca. de Britannia. Si ergo in terra illa vbi 60. gradus, vel qualis eleuatio poli est, tanta diuersitas est a nostra Salamantina regione, in qua eleuatio poli est graduum 41. & 19. minutorum, quanta diuersitas in frigiditate erit continue augmentando eam, donec veniatur ad terram, in qua 90. graduum eleuatio est, & iste sunt partes terre, vel aquæ subiectæ polo arctico. In illa ergo parte orbis, nec flumina, nec fontes sunt, quia ad generationem fluuiorum requiruntur fontes. Sed fontes ibi esse non possunt, quia ad generationem fontium requiritur quædam caliditas inclusa in terræ visceribus eleuans vapores conuertibiles in aquam, & frigiditas loci condensantis vapores eleuatos ad conuersionem in aquam. Sed in terra illa non potest esse aliqua caliditas, ergo nec erunt fontes. Eodem modo nec possunt arbores gigni, nec herbe, quoniam omnia ista calorem moderatum requirunt, & teneram materiam, quorum neutrum possibile est sub polis existere propter frigiditatem intentionem excludentem omnem gradum caloris, & nimiam siccitatem omnia indurantem, immo nec ibi lapides generabuntur. Sola ergo ibi terra durissima est, & mare vsque ad fundum gelatum. Et sic dicendum est, quod ibi non possunt pisces generare, immo nec possunt esse, quia non est ibi aliqua aqua, sed mare perpetuo gelatum

vsque ad fundum. Nec est hoc incredibile, cum ratio ipsa necessario hoc conuincat secundum actionem causarum naturalium. Non ergo poterit ibi homine gignere, immo nec possit ibi aliquo modo saltem per breuissimum tempus viuere. Sed si aliquis Angelus, aut demon hominem quempiam illum deponeret, cõfessum moreretur, nulla enim frigiditas maior est in toto vniuerso, nec naturaliter possibilis est. Nisi forte dicamus, quod Deus maiorem causauerit in inferno ad reorum punitionem, quia dicitur Iob. 24. c. tribuant ab aquis niuim ad calorem ignium.

SEXTA CONCLUSIO principalis.

Quamuis in eodem viro conueniens esse possit vxorum pluralitas, in eadem tamen femina toti rationi dissonat diuersitas.

Sexta conclusio sit quamuis in eodem viro conueniens esse possit vxorum pluralitas, in eadem tamen femina toti rationi dissonat vitorum diuersitas, id est, quod licet vnus vir possit habere plures vxores, & non repugnet hoc rationi, in vna mulier non potest viros multos habere, quia valde repugnat rationi. Nam aliquis quæret, quia cum liceat viro plures vxores habere, deberet vxori licere habere multos viros. Et patet aliqua ratione. Nam cum coniunctio matrimonialis sit ad generationem, & interdum femina accipit aliquem virum, qui frigidus est, vel maleficius, & hoc, siue ante contractum fuerit frigiditas, & maleficiu, siue postea eneniat, impediatur finis matrimonialis. Et sic ex alijs multis accidentibus, quæ quilibet excogitare potest. Debet ergo vxor tunc posse recipere multos viros. Ad hoc respondetur secundum Augustinum in lib. de Bono coniugali, quod non est simile de viro, & vxore per multas causas. Et prima est dignitas sexus, quia vir est caput vxoris, & non vxor caput viri, vt patet in Corinthio c. 11. ideo multa oportet viris permittere, quæ non oportet permittere feminis. Secunda ratio est, quia quod eadem mulier habeat multos viros repugnat intentioni naturæ, natura enim inuenit coitum, vel Dei voluntas statuit atque humana ratio dictatur, vt per coitum fieret generatio, & conseruaretur natura specifica secundum successionem. Sed si eadem mulier multos viros haberet impeditur ista intentio, quia nunquam gignere posset. Mulier namque, quæ a pluribus cognoscitur in tempore vicino sibi concipere nunquam potest. Sicut patet de meretricibus, quæ cum a plurimis cognoscantur, a nemine tamen concipit. Si autem mulier a diuersis viris diuersis temporibus cognoscatur concipere de vtroque potest. Ita tamen, quod prius pariat fetum, quem ab vno concepit, quam ab alio concipiat.

Vir est caput vxoris & non e contra.

Comperit, tamen est eandem mulierem a duobus viris concepisse. Ita quod post conceptionem ab vno facta concipiat ab altero. Nam licet communiter facta conceptione claudatur officium matricis, ita vt semen intrare non possit, & sic nec conceptus celebrari, tamen interdum contingit, vt etiam conceptus fiat facto alio conceptu, vt pote, quia aut mansit os matricis apertu, aut quia postea ex feruore libidinis apertu est, vt ait Solinus in Polystor. ca. de his, quæ mirabilia fuerunt in homine, scilicet quæ a Iemena peperit Hercule, & I siculæ fratrem suum, quos diuersis conceptionibus edidit. Quod pro tanto manifestatur, quia diuersis temporibus interuallis nati sunt, vt pote si vnus post alium vno mese ex eodem viro natus sit. Hoc tamen rarissime visum est. Id ad hæc lex humana adaptari non potest. Quia ergo cum eadem vxor plures viros haberet, isti eisdem temporibus velut eis placeret ad hæc accedere vellent,

Mulier a duobus viris grauidari potest.

vellent, sequeretur inconueniens supra assignatum, scilicet, q̄ ista vxor concipere non posset. Non est autem hoc inconueniens in viro cum plures vxores habeat, quia poterunt plures vxores ab ipso concipere, & hoc in tempore satis vicino, nec vna impediatur per alteram. Sicut Loth duas filias suas in duabus sibi succedentibus noctibus impregnauit, s. vna nocte maiorem, & sequenti nocte minorem, vt patet Gene. 19.c. Et vtraque virgo erat. Quod adhuc maiorem difficultatem ingerebat.

Ratio diuersitatis inter virum, & vxorem est, quia vir est emittens, & femina recipiens.

Tertia ratio secundum Agu. est, q̄ pluralitas virorum ad eandem vxorem repugnat sacro matrimonij. Nam matrimonium est magnum sacramentum inter Christum, & ecclesiam, vt ait Apostolus ad Ephe. 6. in hoc autem sacramento vir, i. Christus vnicus est, vxor tñ, id est ecclesia licet vna sit in se tota, quodammodo, tñ multiplex est, & non solum in diuersis temporibus, vt ecclesia, & synagoga, sed etiam in eodem tempore, vt distinguit Aug. s. quadruplex ecclesia, vt ecclesia contemplatiuorum signata per Rachelem, ecclesia actiuorum signata per Liam, ecclesia contemplatiuorum mercenariorum signata per Balam ancillam Rachelis, ecclesiam actiuorum mercenarium signata per Zelpham ancillam Lie. Hęc autem ratio aliquantulum quantulum ad nos conuincit. Quantũ ad statum politicum inter Gētiles, vel Saracenos, aut Iudeos, inter quos non curatur de significatione sacramenti nulla est. Quarta ratio secundũ ipsum est, quia q̄ vna vxor habeat plures viros, repugnat paci œconomicę. Vir autē, & vxor non solum accipiuntur quantum ad communicationem naturalem, quae est propter similem terram derelinquere, vt ait Philosophus in 1. Politic. c. 1. quod principale est, sed etiam propter communionem œconomicam, quae est ad conseruationem indiuidui, vt declarat Arist. 1. & 2. c. primo Poli. pax autē œconomica cōsistit in bona habitudine rectoris œconomici ad subditos: rector autē est vir, subditi sunt vxor, & filij, & serui. Si autē ponerentur plures viri eiusdem vxoris, essent plures rectores equales eiusdem domus, quod nec ratio, nec natura patitur, quia omnis potestas consortem recusat. Sic n. ait Lucanus 1. lib. de bello Iulij Cæsaris, & Pompei.

Nulla fides regni socijs, omnisque potestas Impatiens consortis erit, nec gentibus ullis Credite. Ne longe fatorum exempla petantur. Frater no primi maderunt sanguine muri.

Idem vult Statius in Thebaide, scilicet Summo dulcius vnũ. Stare loco, comes socijs discordia regni.

Item cum isti viri regant domũ, & isti viri multa capita habeant, necesse erit animorũ cōsequi diuersitatem. Et sic interdum contraria mādarent, ex quo necessario his sequeretur, & destructio œconomica, & consequenter totius politicę, cū in qualibet œconomica simile fieret, si cuiuslibet vxori permitteretur, q̄ haberet multos viros. Item repugnabat hoc ex parte subditorum, quia cū diuersi viri diuersa fieri imperarent, vxor aut filij, vel serui nescirent cui obedirēt. Et tñ sequeretur illud, quod dicit saluator Mat. 6. c. nemo potest duobus dominis seruire, aut vnũ odio habebit, & alium diligit, aut vnũ sublinebit, & aliũ contemnet. Item, quia sic existente non procurarent bona œconomica, cum vnus rector œconomicę mādaret vnũ, & alius aliud, non ergo decet sic esse, sed sic, sicut est ordo nature, quia regimē nature est optimũ. Sed natura habet vnũ principē, ergo in œconomia erit vnus princeps. Sic enim dicit Arist. 12. Meta.

Mala est pluralitas principum, bonus est, ergo vnus princeps. Ista inconuenientia non sequitur, si vnus vir plures vxores habeat, quia vxor non dominatur, sed subdita est. Sic patet 1. Corin. 11. & 1. ad Timo. 2. c. mulierem autem docere non permitto, nec dominari in virũ. Datis ergo pluribus vxoribus eidem viro non dantur plures rectores eiusdem œconomicę, sed vnus, sed dantur multi subiecti, ad quos nõ sequitur turbatio. Nam datis multis subiectis, non dantur multa principia agendi, nec mouendi, quia subditus, secundũ q̄ huiusmodi, non habet in se principium sui motus, sed mouetur a p̄lato, vel rectore. Datis autē pluribus rectoribus, dantur plura principia agendi, & sic sequitur turbatio œconomicę. Pręter has rationes beati Aug. possunt esse alie. Et sit prima, q̄ eidē viro interdum bona est pluralitas vxorum, vt si forte ex vna gignere non potest, q̄ gignat ex multis, sicut Abraham fecit, quia Deus promiserat ei seminis multiplicationem, & quia videbat, q̄ nõ potuisset gignere ex Sara, cum multo tempore generationi operã dedisset, ex consilio, & precibus Sarę accepit aliam vxorem, s. Agar, & ex illa genuit, vt patet Gene. 16. c.

Secũda, quia si eidem femine darentur plures viri, daret, quod ista femina gigneret cum isti viri ad eam accederent, q̄n vellent, raro daretur, q̄ cognoscerentur proles. Hoc autem est magnũ inconueniē, quia patres valde desiderant cognoscere filios suos. Solę enim tunc matres filios cognoscerent, viri autē non, quod erat tollere quandam magnam delectationē. Hoc autē non sequitur datis multis vxoribus eidem viro, quia tñ qualibet mater cognosceret filiũ suũ, & vir cognosceret omnes natos ab illis vxoribus esse filios suos. Tertia ratio, quia pluralitas virorũ eidem mulieri repugnat intentioni nature, & reſtitudini finis destinati a ratione. Natura enim, & recta ratio volũt matrimoniu ad prolem. Sed vna vxor ex vno viro gignere sufficere potest, ergo si poneretur alius, ille non esset ad gignendum, sed ad deturpandum, & obſtandum generationi, satis enim notũ est, q̄ si vna vxor simul plures viros vellet, q̄ nõ ad gignendum, sed ad explendam libidinem faceret. Iste autē finis deordinatus est, & male p̄stitutus. Eundem autē virũ plures habere vxores bene stat, non ad libidinem, sed ad prolem, quia ad libidinem vna ei sufficit, ad prole autem non sufficit, quia postquã vna concepit vsque ad nouem, vel decem menses, concipere iterum nõ potest. Potest autem vnus vir in eodē anno multos filios ex diuersis vxoribus procreare, sicut refert Frãcisus Petrarca de quodã rege in libro de Prospera fortuna, q̄ 600. filios genuit. Necesse autē erat de isto, q̄ in quolibet anno 20. vel 30. filios gigneret. Quarta ratio, quia pluralitas ista virorum repugnat paci politicę, & œconomicę. Nam si plures viri eidem vxori essent, contingeret omnes simul ab eadem vxore debitum petere, sed quia non poterat simul cuiuslibet reddere, sequeretur magna discordia inter viros, & vulneratio. Sic enim in duobus tauris, aut in alijs brutis contendentibus super eadem femella fit interdũ mors, & dura vulneratio. Fortius autem amor iste viris inſigitur, quia cognoscunt, quod autem cognoscunt, magis amatur, bestię autem non cognoscunt sic. Quod autem amor in hominibus tam viris, quam feminis fortis sit, nimium patet, quia nullus labor magnus videtur amanti, ignes non timet, niues spernit, gladijs se opponit, omniaque pericula sibi grata reputat, dum tamen consequatur amatum, vt ait Seneca tragœdia 4. cuius nomen Hippolytus, in actu 2. in carmine 2. cum Phędra amore flagrans Hippolytũ alloquens introducit, dicens.

Me, vel sororem Hippolyte, vel famulam pota.

Famulam.

Amor ia hominib' fortissima est passio.

Famulamque potius omne seruitium feram: Non me per altus ire si iubeas niues, Pigeat gelatis ingredi Pindi iugis. Non si per ignes ire, & infesta agmina. Cuncter paratis ensibus pectus dare. Mandata recipe sceptram, me famulam accipe. Sinu receptam supplicem, ac seruam rege, misere-re vidua.

Orpheus etiam, qui cetera suis cantibus superauerat, amorem fortem superare non potuit, sed quo potentius omnia terre in fernique mōstra placaret fortius in eo recrudescēbat amor, vt ait Seneca in tragœdia. 1. cuius nomē est Hercules furēs. i. carmine 4. qd̄ incipit.

Immites potuit fletere cantibus Umbrarum dominos, & voto simplici.

De hoc etiã B. vicius de cōsol. lib. 3. Metro. vltimo, c. Felix, qui potuit fontem visere lucidum.

Tanta enim amoris viuacitas, & vulnerandi potestas est, vt non iniuria eum antiqua gentilitas sagittas, & ardentis faces habere dixerit, vt ait Isidorus Etymo. lib. 8. vbi agit de dijs gentium. De hoc etiam Seneca tragœdia 4. quæ dicitur Hippolytus carmine 3.

Dina non miti generata ponto, Quam vocat matrem geminus cupido. Nulla pax isti puero per orbem. Spargis effusas agilis sagittas. Tela, quæ certo iaculatur arcu. Non habet latam data plaga frontem. Nouit hos estus iuuenum feroces. Concitat flammam sensibusque fessis.

Solus enim amor est, qui viros fortes emollit, dura q̄ que cōfringit, & non in merito, q̄ fortis est, vt mors dilectio, & dura, vt infernus æmulatio. Lãpades eius Lampades ignis, aquę multę nõ poterunt extinguere eam, nec flumina obruent illam, vt patet Cantu. 8. c. Satis enim hoc patet in Hercule, qui cū omnia terrarum inferorum monstra indomitis illis viribus domuisset, solo amore Ioles filię regis Aetolię superata ad ancillaria ministeria deductus est, ita vt ad p̄ceptũ eius femineam vestem induerit. De hoc Ouidius in lib. Epistolarum in epistola Deianirę ad Herculem, quæ incipit.

Gratulor Etoliam titulis succedere nostris. Victorem victæ succubuisse queror.

De hoc meminit Ioãnes Boccacius de Certaldo in libro de Casu, & ruina principum, & Seneca in tragœdia 4. carmine 3. ait.

Natus Alcmena posuit phœtras. Et minax vasti spoliũ leonis. Passus aptari digitis smaragdos. Et dar. legem rudibus capillis. Crura distincto religauit auro. Luteo plantas cohíbente socco. Et manu clauam modo, quæ gerebat. Fila deduxit properante fuso.

Iđē quasi de viro iōt. Achille legitur, qui cū i Troia nobello Polyxenam Priami filiam aiam isse, ita vt deperiret in amore eius, ceteris ad bellũ properantibus ipse in lecto sedens Threicia lyra cantus amatorios concinebat. De hoc Ouidius in libro Epistolarũ in epistola Briseidis ad Achilleum, quæ incipit.

Quam legis a rapta. Briseide litera venit. Fix bene barbãrica Græca, notata manu.

Quid enim plumbus inſistam? multa dicemus, & desicemus verbis. Maior est. n. omni verbo duri amoris scãa potestas. Et si quis simpliciter motus sic fortiter amare potest, quanto magis cū alius amatũ impe-

A dierit, aut occupauerit? Tunc. n. magna vis increſcit amoris. Sic enim ait Ouid. i. li. 2. de remedio amoris, f.

Acrius Hermionem ideo dilexit Orestes, Esse, quod aliterius ceperat illa viri.

De hoc idem Ouidius Lib. Epistolarum, in epistola Hermionis ad Orestem, quæ incipit.

Pyrrhus Achilleides animo sus imagine patris.

Sed dices, q̄ idem inconueniens sequeretur dando plures vxores eidem viro. Nam cum vir, & vxor ad paria iudicentur iuxta illud. Apostoli 1. ad Corin. 7. c. vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, & mulier non habet p̄tatem corporis sui, sed vir: cū ergo eidem pluribus vxoribus pro eodem tempore vir debitum reddere non possit, sequitur contentio, & disturbatio œconomicę. Respondeo, q̄ non est simile in viro, & vxore, quia si duo viri ab eadem vxore simul debitum peterent, cum ipsa non posset vtri- que reddere simul, viri qui ferociore sunt cõrederent super hoc vsque ad mortē, & nullus esset rector œconomicę, q̄ eos moderari posset. Si autē plures vxores ab eodem viro simul peterent, non sequitur hoc inconueniens, quia vir, qui rector earum est, sedaret litigia, & cui vellent prius daret, cui autem posterior, posterior. Vel eis ad reddendum debitum suum certa tempora designaret. Sicut Iacob, qui 4. vxores habebat, & cuique debitum reddebat. Sed vno tempore determinato manebat apud vnam, & alio tempore apud aliam, & sic non esset contentio. Iacob tñ multum se alligauerat voluntati vxorum tradens totam voluntatem suam, s. q̄ qñ erat tempus accedēdũ ad vnam, nõ accedebat ad aliam, et si vellet. Et si illa, apud q̄ manere debebat reddēdo debitum aliquo tempore vellet ius suum vendere alteri vxori, poterat vendere, sicut patet Gene. 30. c. cum esset tēpus, in quo Iacob manere debebat apud Rachelem reddendo debitum, & Rachel petiſſera Lia, vt daret ei de mandragoris filij sui Ruben quas de agro attulerat, dixit Lia, parum tibi videtur, q̄ p̄cipueris mihi virũ meũ, nisi & mādram filij mei tuleris? Dixitque Rachel, dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Tamē, quia vtraque huic pacto cōsensit egressa est. Lia in occursum Iacob reuertentis de agro ad vesperum, & ait, ad me, intrabis, quia mercede cõduxi te pro mādram filij mei. Quinta ratio est, quia sequeretur magna abominatio, cū vnus vir cognosceret, q̄ vnus coibat cum ea, quam ipse carnaliter cognoscebat. Nam cū iste actus turpis sit, & valde sedatiuus, valde abhorretur quilibet a se sedatam ab alio sedatari, & induceret viros ad non cognoscendum vxores. Et patet, quia non solum aliquis abhorret eam, quæ ab alio sedatata est, sed interdum eam, quam ipse sedauit. Ex quo sequitur illud, quod videtur in amatoribus carnis, vt cum aliquam feminam antequam potiantur optatis nimio amore dilexerint, postquã eam carnaliter cognouerint modicum appetiunt, iam non eam, sed aliam diligentes, & non iolum non appetiantur, sed fit interdum, vt eam, quã ante summo amore dilexerant, durissimo odio persequantur. Hoc enim inter ardentissimos amatores visum est, vt patet de Amnō filio David, quia ita vehementissimè dilexit sororē suam Thamar, ita vt deperiret in amorem eius, cum autem vi opprimeret cognouisset eam factum est, vt maius esset odium, quo eam postquam cognouit insecutus est, quam fortissimus ille amor, quo antequã cognosceret eam dilexerat. Si autem dentur plures vxores eidem viro, non sequitur hæc, quia nihil magis aliqua vxor viro defratum reperiet, si aliã cognouerit, quam si nullam cognouisset. Ratio diuersitatis, quia vir est emittens, & non recipiens.



vobis signum, ecce virgo concipiet. Timebat enim Achaz rex a facie duorum regum, scilicet Rasim regis Syriæ, & Phacee filij Romeliæ, qui coniurauerant, vt acciperent regnum eius. Hunc Achaz, quamquam impium Deus consolaturus, prædixit liberatum eum de manu duorum horum Regum, & eos perituros. Ad hoc aut datum dedit signum. Virgo concipiet, & pariet filium &c. Hanc virginem concepturam, & parituram nemo de nobis ambiguit Dominam nostram Virginem benedictam fore. Nec enim alicui in mentem venit, vt intelligendum sit, qd virgo concipiet, & pariet, id est illa, quæ aliquo tempore virgo est, scilicet cum ista verba dicebantur, postea concipiat, & pariat per corruptionem. Nam hoc nec signum aliquod, nec miraculum est, cum ista sit via concipiendi vniuersæ carnis super terram. Nulla namque foemina concipit, quæ aliquando virgo non fuerit. Hoc igitur pacto de quacunque femina diceretur, virgo concipiet, & pariet: Quod nemini concedendum esse videtur, sed dicitur hoc, qd ipsa, quæ conceptura, & paritura erat, tunc cum pareret atque conciperet, virgo futura erat. Ex quo apparent duæ particule earum, quas nos ad virginis nostræ præconia posuimus, scilicet fuit virgo antepartum, & in partu, & post partum. Primæ duæ particule hic patent. Primum quidem, quia dicitur: Ecce, virgo concipiet, conceptus autem partum antecedit, & in concipiendo virgo extitit, quoniam ad hoc, qd conciperet, nulla corruptio per accessum virilem, sicut in ceteris mulieribus effecta est, manfit quippe perfecta virginitas in conceptione dominæ nostræ. Nec quidem solum, vt virginitas est integritas mentis, & corporis cū inexperientia omnis actus venerei, vt communiter diffinitur, sed etiam, vt dicit priuationem susceptionis omnis seminis masculini qualicūque modo. Nam prima virginitas in quibusdam mulieribus concipientibus est naturaliter, secunda autem nulli vnquam, nisi dominæ nostræ collata est. Patet, quia multæ femine a viris incognitis concipere possunt, & aliquæ sic conciperunt, scilicet per demones incubos, & succubos, de quibus diffusius super 3. c. Gene. & 7. ca. Exo. dictū est, nam hos negare esse, & feminas ab eis carnaliter cognosci impudentia magna est, vt ait Aug. 1. 3. de Ciuit. Dei. Hi tñ semē effundunt, non quidē, quod habent, quoniam eis nullū inest, cū animalia non sint, sed quod a viris in pollutione nocturna succubi effecti susceperunt, in genitalia feminea incubi facti refundūt. Hęc enim non est virilis cognitio, tñ cum semine res agitur, atque ea, quæ sic semē suscipit vere defloratur per ruptionem virginalium claustrorum. Habent namque incubi demones in assumpto corpore genitale virile, quod id causatur in femina, quod ex virili cognitione patitur. Sed est aliquid adhuc amplius, scilicet qd femina concipere possit, non ruptis suis virgineis claustris, sed manentibus in ea integritate, qua a natura condita sunt, quod in plerisque etiam mulieribus coniugatis visum est accidere, quæ sine vlla claustrorum virgineorum corruptione, aut opatione genitalis masculini, suscepto tñ semine conceperunt. Qui modus, quoniam cum cunctis cognitum eum arbitror, tum quia prolatione hæc indigna sunt, subtrahitur. In hoc tñ modo, quæ maneat in femina carnis integritas, quæ est pars quedam virginitatis illis vasis genitalibus, virgo tamen non est. Dux enim defunt, scilicet mens abfuit integritas, & qd delectatio venerei actus, & experientia suscepta est, quorum vtrunque virginitati repugnat. Nam ea, quæ nupta est, eo ipso, quod virum accipit, mentalem perdit virginitatem. Proponit namque, vel debitum a viro ad gignendum petere, vel saltem petitum debitum viro reddere, cum ad hoc matri-

monio adiungatur. Immo, & si vir debitum petat concipienti tempore, & loco, mortaliter femina peccat, si suum denegauerit, dicens nolle vllatenus reddere. Nam femina non habet potestatem corporis sui, sed vir, & vir non habet potestatem corporis sui, sed femina, vt habetur 1. ad Cor. 7. c. Quæquam igitur hæc, quæ nupta est viro, corpore incorrupto permanet, virgo non est, quia mens corruptio in ea est, cum carnaliter cognoscere, aut cognosci intendat, aut saltem paritur. Est et alterū obuians in hac parte, scilicet hæc femina venerei actus delectatione experta est, quæ potissime uirginitati repugnat. Nec enim quisquā fallax existimans femina in actu venereo non delectari, nisi per contactū genitalis vasis, & deflorationē in claustrorū uirgineorū ruptione, in alio nāque huius actus consistit delectatio. Et quamquā de his fortasse dicēdū non esset, quia tñ naturalia quedam sunt, & interdum speculationibus altissimis necessaria, erubescēdū nō putauit, cū in hac parte vniuersum ruborē nrm Aug. abstulerit, qd quedā alia, quæ forisā cuiq̄ scdiora uiderētur in 7. & 14. de Ciui. Dei protulit. Dicēdū igitur feminis nullā esse in defloratione, aut genitalis vasis contactu delectationē, sed in decisione mēstrualis sanguinis, qd loco feminis in eis est, & in ipsa cōmixtione masculini seminis ad femineū, & in roratione matricis. Quod quidē, si vulgaribus testibus cōtētos esse libeat, ipsarū, qd hæc patiunt feminarū testimonio iudicandum erit, in quibus solida satis constat probatio. Nobis tamen, qui ueritatē inquirimus per altissimas causas, cum sapientiæ studeamus, quæ de altissimis atque per altissima est, iuxta Aristotelē nostrū Ethic. li. 6. & alio modo veritas inquirenda est. Patet. n. nullā esse delectationem in defloratione, & ruptione uirgineorum claustrorum. Nam id, quo nature uolentia irrogatur delectationis materia non est, sed potius meroris. In defloratione autem, cum sit uolentia quædam, quæ infligitur claustris uirginalibus, vt ea, quæ clausa erant rumpantur, erit igitur tristitia, & nulla delectatio. Potissime, quia in animalibus, quæ sentiunt, dolor causatur ex diuisione cōtinui, vt si aliqua pars carnis a reliquis abscindatur. Hic autem sic est, quia natura in uirgineis claustris continuitatem cauauerat, per deflorationem autem conuinitas ista corrumpitur, quod testatur cruor, testis uerus corruptionis, aut uulneris. Et si in hac uirginū defloratione quandam contingat delectationem sentiri, non est ob hoc quia defloratur, quoniam potius ex hoc ueri doloris materia est, sed ex aliquo adiuncto ad istam deflorationem. Quod apparet, quoniam si uirginea claustra ferro, aut unguibus, aut quauis alia apertione rumpantur, dolor solus sequitur, sicut in fractione, aut ruptione cuiuslibet alterius partis corporis, igit, si in cognitione, & defloratione uirginis opere uirili ipsam claustrorū ruptionem aliqua consequat delectatio, nō ob hoc est, qm ruptione causata est, sed potius, quia aliquid est cū ipsa defloratione, quod sem se delectationis causatiuū est. Hoc aut est, quia semē effundit receptum in matrice, & uelut in uiro in decisione feminis causat delectatio, & nō i aliquo alio, ita in femina in irrotatione matricis. qd cū calida, & sicca fuerit, irrotatione humidū uirilis seminis delectat. Hęc aut feminis effusio atque i matrice susceptio sine aliqua claustrorū uirgineorū a ruptione fit, id est ibi delectationē venerei actus experiri necesse est, & fortassis maiore, qd cū ruptione claustrorū fit. Cā patet, quia his imorari nō decet. Illa igitur, quæ ille uirgineis claustris sic concepit, aut saltem semen suscepit, uirgo non est, quoniam ueneream delectationem eā expertam liquet.

Mulier mortaliter peccat viro potestati debitum tempore, & loco conue. negando.

Notanter dixit in defloratione, quia potest bene esse delectatio in contactu genitalis vasis, vt medici dicunt, & etiam ipsemet in Gene. 6.

te, femina concipere naturaliter potest, scilicet vt non corruptur integritas mētis, si ista mulier semper propulerit continere non experiedo aliquam delectationem ueneream, nec vnquam aliquem contrariū actum habuerit iudicando, aut eligendo, quod facit plenam mentis integritatem. Etiam, vt femina concipiat incorrupta carne, scilicet manēribus illeis uirgineis claustris, ita vt nemo uirorum aperuerit integritatē genitalis femineæ, nec vllō alio casu defloretur. Itē, & qd hæc femina nullam ueneream delectationem experta sit, quæ integram uirginitatem constituunt, ita, qd alicui mulieri sic concipienti dabitur in uita æterna aureola, quæ debetur uere uirginitate. Nam in hac plena uirginitas patet, vt ex diffinitione liquet, scilicet uirginitas est integritas mentis, & corporis cum inexperientia actus venerei. Hęc tamen femina non dicitur secundum sacram Scripturam concipere uirgo existēs, quoniam femine suscepto corruptio eius agitur. Nam, & si omnia prædicta interueniēt, semē tamen intercidit. Hic autem modus assignari non potest in mulieribus cognitis per incubos demones. Nam quamquam ille continere in perpetuum propulerit, maneatque ibi uentis incorruptio, uasa tamen femine genitalia uere corrumpuntur, atque cruorem inde exire necesse est, quemadmodum si a viro huiusmodi uirgines deflorentur. Etiam sequitur ibi experientia actus venerei, quoniam quamquā mulier inuoluntaria cognoscatur semperque repugnans, tamen dum cognita fuerit necessarium est eā delectari, quia ista delectatio non euenit ex uoluntatis electione, sed ex cōditione nature. Et ob hoc quamquam aliqua mulier delectetur, cum cognoscitur, si tamen laborauit ne cognosceretur, nec post cognitionem in hoc consentit, aut delectetur, nec in hoc peccat, quia peccatū non est in his, quæ totaliter inuoluntaria sunt. Item non potest assignari iste modus in mulieribus, quæ uolēter ab aliquibus cognoscuntur, quoniam ibi sunt duo prædicta de cognitione demonū incuborū, scilicet fit ruptione uirgineorū claustrorū, & experientia delectationis uenereæ. Item si diximus hanc femina inuoluntarie cognita deflorationē nullā passam fuisse, suscepisse tñ semen masculinū, sicut supra dictū est, adhuc non stat modus, quoniam ibi experientia delectationis uenereæ est. Nō potest autē iste modus assignari vllatenus in femina uigilante, quia quouismodo tñ semen suscipiat, necesse est delectationē uenereæ experiri. Oportet igitur hūc modū in somnijs fieri. Sed qualiter ibi integritas mētis sit, & illibatio uirgineorū claustrorū, & nulla uenereæ delectationis experientia, credo cuiuslibet ad hæc aduertēti, satis cogitatione inueniri posse. Non enim decet talia proferre. Quæ quā sanctus Thomas in quodā Quodlibeto hunc modū pro parte aperiat, hic tñ quicquid sit, semper tñ semen ad conceptionē intercidit, sine quo nihil naturaliter fit. In viro autē hic modus reperitur. Nam uiri sine mētis corruptione, & illibatione carnis in uale genitali generare possunt. In eis tamē difficilior est qd in femina, quia femina inuoluntarie cognosci potest a viro, uir tñ, nisi uelit nullā unquā femina carnaliter cognoscit. Quod satis liquet. Nā actio in potestate agētis, passionēs nō sunt in potestate patientis, sed agētis. Iste modus satis patet per demones succubos, quoniam uirile semē pollutionis nocturne, aut aliās suscipiunt, & postea matrici alicuius femine infundūt, & foetus inde sequitur, immo, & admirabiles fetus in naturalibus dispositionibus. Sic enim factū est per Merlinū, qm ex incubo, & succubo demone genitus satis ueraciter perhibetur. Eius tñ pater uir fuit, quia ille pater est, cuius semen est ad gignendum, demō autem semen non habet, Alph. Toit. super Ecce uirgo, &c.

cum spiritus sit, pater tñ Merlini non cognouit carnaliter matrem eius. Alius tñ modus est, quo sine demone succubo, & incubo uiri gignant illeis mētis integritate, & carne, & nulla suscepta delectatione ueneream, quod attinet ad perfectā rationem uirginitatis. Et sic uiri uirgines existentes naturaliter gignere poterunt. Nec tñ in uiro uirginitatem uoco, & integritatē carnis, & priuationē decisionis seminis, ita, qd uirgo ille sit, qui semen nunquā effuderat quouismodo, quoniam hoc pacto in pollutione nocturna uiri uirginitatem amitterent, quod falsū est. Nam nullus hoc cōcederet, & satis patet. Nam corruptio carnis est aliqua uolentia illata nature, secundū quā infringitur aliquid, quod ipsa condiderat, quæ admodum cum femina defloratur, in pollutione nocturna aut nihil tale fiat, qm sine ullo motu carnis sola operatē phāntasia, quæ super naturā corporalē magnam potestatem habet, per cōceptas imagines, aut ex importetia potentiæ retētiue feminalis effluit humor. Sed corruptio integritatis carnis masculinæ consistit in hoc, quod masculus in primis carnalibus accessibus patit. Nā prout in femina fit uera, & perfecta defloratio, ita in uiro pro mō suo quāquā non equaliter. In pollutione autē nocturna nihil horū euenit, qd est sine experientia delectationis uenereæ ista sunt. Nā qd per somnū grauē nocturnā patitur pollutionē, delectationē uenereā minime experit, erit ergo uir generans manēre sibi uirginitate. Sancta tñ scriptura strictius de uirginitate loquit, quocūque. n. nō aliqua mulier ex femine humano cōcipiat, nō dicit eā sancta Scriptura in uirginitate concipere. De Domina nostra uirgine hæc omnia cōplectissime prædicantur, scilicet ipsa cōcepit cū integritate, quoniam nūquā habuit aliquē cōsensum, nec carnalē copulā, dicente ipsa ad Angelū, quō fiet istud, quia uirū non cognosco: id est quia non cognoscere uirū proposui. Nō enim loquebā de cognitione sola, quia tñ uerba sua impertinentia essent. Nā quamquā tñ non cognosceret nec cognouisset uirū, poterat eū cognoscere in futuro, & sic nō excluderet uerba Angeli. Oportet ergo, ut intelligatur. Quoniam uirū non cognosco, i. proposui nunquā uirū cognoscere. Et tunc stant rationabiliter uerba eius, scilicet quō fiet istud? nā fieri nō poterat, nisi aliquem specialē modū ad hoc Deus daret secūdū, qd postea Angelus subintulit, scilicet Spiritus Sanctus superueniet in te &c. fuit ergo mēte incorrupta. Fuit et carnis integritas in illa, quia a nullo unquā uiro deflorata est, quā impijissimus Heluidius asserat Virginē dominam nostram a Ioseph fuisse carnaliter cognitā, & alios filios post Saluatorē peperisse, de quo latissime argutū est, & responsum fuit in libro nostro de quinque metaphoricis paradoxis ad illustrē reginam Castellę. Nullo est mō delectationē ueneream experta est, nam hæc in cognitione a uiro est, ipsa autē nihil unquam tale pertulit. Præter omnia autem hæc habuit, quod naturā transcendit, scilicet sine femine cōcepit. In quo excessit omnes alias feminas, multæ namque femine imperfecta uirginitate concipere possunt, ut supra declaratū est, nulla tñ sine suscepto semine cōcipit. Domina tñ nostra uirgo nullo uirili semine suscepto cōcepit, & ob hoc fuit cōceptio illa super-naturalis, quia non erat ibi aliquod principij actiū naturale ad dirigendū menstrualē sanguinē eius, & formandū in corpus, sed fuit Spiritus Sanctus facies in menstruo uirginali opera omnia, quæ operari debuisse masculinum semen. Quomodo autem dicitur Virgo beata concepit de Spiritu sancto, & quid hoc significet, & an Spiritus sanctus aliquod semen creauerit, quod nullius uiri esset, & infuderit in uterum uirginis loco feminis masculini, in libro

Quid sit uirginitas in uiro.

Para doxis 1. cap. q. 10. & seq.



nostro de quinque metaphoricis paradoxis dictū est. F. Habetur, etiam ex hoc prophetico dicto, quod domina nostra virgo peperit, id est ipsa in virginitate existens peperit, propter quod ecclesia prædicat, non solum ante partum virginem, scilicet in conceptu, sed etiam in partu. Quid tamen sit feminam in conceptu esse virginem, manifestum est, scilicet ipsam sine aliquo femine virili concipere. Quid tamen sit in partu esse virginem multis adhuc absconditum est. In quo sciendum est virginitatem, ut supra definiimus esse integritatem mentis, & corporis cum inexperiētia actus venerei, aut delectationis eius. Quando igitur carnis corruptio est, virginitas tollitur. In feminis autē carnis integritas dicitur esse incorruptio claustrorum virgineorum. Ista claustra, sicut aperitur in conceptu, quando femina a viro cognoscitur, ita & aperiantur in partu, & adhuc maiori apertione, & propter hoc maior dolor est in partu, quam in prima virginum defloratione, & contingit multas periclitari, ratio est, quia sicut integritas carnis in femina tollitur cum carnaliter cognita defloratur, & ob hoc ei virginitas adempta est, ita & in partu, quia ista claustra virginei pudoris panduntur, virginitas auferri dicitur, immo magis, quam in conceptu cum maiori apertio fiat. Et magis necesse est feminam in partu virginitatem amittere, quam in conceptu quo ad carnis integritatem. Nam, ut supra declaratum fuit, aliqua femine concipere possunt suscepto semine nulla facta ruptura virgineorum claustrorum. In partu tamen nulla femina parere naturaliter potest virgo. Nam cum fetus emitti debeat per vas genitale mulieris ab utero, & magne quantitates sit, necesse est tantum aperiri de virgineis claustris, quanta est magnitudo infantis nati, alioquin dabitur corpori penetratio, quam non consentit Aristoteles noster in libris Physicorum, nec natura rerum hoc tolerat. Et sic secundum naturam hoc in veritate constat, quod multe femine in virginitate existentes concipere possunt, nulla tamen in virginitate existens naturaliter parit.

Erat ergo dubium de Domina nostra, quia quamquam sine villo femine conceperit, & penitus virgo maneret, in partu tamen corrumpi poterat ruptis virgineis claustris ad infantuli emissionē. Immo, quamquam Deus supernaturaliter egisset, ut Maria sine femine foret prægnans, & retenta plena virginitate, si tamen illam naturaliter parere, quod conceperat reliquisset, nullum. Vterius in ea operando miraculum, necessarium erat, ut ipsa in pariendo virginitatem perdidisset, scilicet quia ad exitum corporis redemptoris nostri, quod erat in tanta quantitate tempore natiuitatis in quanta alij contemporanei fetus nati erant, rumpentur virginea claustra. Ideo ad exprimendam virginitatem omnimodam Domine nostre, non fuit sufficiens dici, quod ipsa ante partum, scilicet in conceptu virgo extiterit, sed etiam in partu, scilicet quod non fuit facta aliqua ruptio claustrorum virgineorum ad exitū Saluatoris nostri de utero. Et hoc tantum fuit miraculum quantum, quod sine femine virili conceperit. Quomodo autem Saluator noster cuius corpus tantę quantitates erat, de virgine alio exire potuerit nullo sigillo pudoris virginei rupio, & an exierit deducendo se rotum ad indiuisibile, sicut est in hostia, scilicet quia est in qualibet parte hostię quātumcūque parua sit, vel an exierit secundum extensionem quantitates per corporis penetrationem, sicut transiit intrans ad discipulos ostijs clausis, in libro nostro de quinque metaphoricis paradoxis late disputatum est.

Alijs autem alia in hoc sententia est, dicunt enim

Domina nostram virginem dici ante partum, in partu, & post, referendo in solam priuationem co-gitationis virilis, scilicet quod sicut ante partum cognita non extitit, ita nec post. Hoc autem subsistere non potest, nam quantum illa expositio cōueniat ad primam, & tertiam particulam, scilicet quod fuit virgo ante partum, & post partum, tamen non conuenit secundę particulę, scilicet quod fuerit virgo in partu. Primum patet, quia ipsa fuit virgo ante partum, scilicet quod ad conceptionem suam non precessit aliqua virilis cognitio, nec feminis susceptio, sicut in alijs mulieribus naturaliter fit. Etiam post partum virgo fuit, quia a nullo vnquam viro postea cognita est, quamquam impijissimus Heluidius contrarium asseruerit.

Ad secundam autem particulam hoc adaptari nequit, cum dicitur. Et virgo in partu. Nam quamquam aliqua femina ante partum carnaliter cognoscitur possit, & similiter postquam peperit, nulla tamen cum patre cognosci potest. Repugnat enim secundum naturam, ut liquet satis. Ideo non potest dici Domina nostra virgo in partu, id est quia non fuit cognita a viro, dum pareret, quia hoc modo omnes femine pariter dicerentur virgines in partu, cum nulla earum cognosci possibile sit, dum parit. Hoc tamen falsum est, quoniam nullam feminarum in partu virginem dicimus, ideo non est hoc modo dicendum. Domina nostram hoc modo dici virginem in partu extitisse. Item non potest hoc stare, quia si femina in partu virgo dicitur, aut fuit virgo ante partum, scilicet in conceptione, aut non. Si autem fuit virgo ante partum, scilicet quod ad hoc, quod conciperet, non fuit cognita a viro, nec suscepit semen, necessarium est, ut in partu quoque virgo sit, cum non cognoscatur cum parit, si fortassis mulier, quę in partu virgo nuncupari debet, ante partum non fuit virgo, scilicet quod, ut conciperet carnaliter cognita est, non potest dici virgo in partu, cum ante hoc corrupta fuerit, & quę semel virginitatem perdidit amplius virginem esse impossibile est. Et sic quocūque modo accipiatur non dicitur cōueniēter, quod beata virgo sit tantum in partu uirgo per respectum ad priuationem carnalis deflorationis, quia tunc non differt esse uirginem in partu ab hoc, quod est esse uirginem in conceptu, uel semper ante partum, & post partum, & satis superuacuum uidetur esse eam in partu uirginem dicere.

Dicendum est autē de hac particula maioris miraculi opus esse ipsam in partu uirginem extitisse, quam post partum, uel ante partum in conceptu. Sed intelligenda sunt hæc, sicut in precedentibus declaratum est, scilicet, quod in partu uirgo extitit. Quia quemadmodum non fuit aliqua uirgineorum claustrorum facta libatio ante conceptum opere uirili, ita in partu nulla operatio ad exitum Saluatoris nostri celebrata est. Hac autē operatio si intercessisset, uirginitatis dispendia sequi necesse erat, cum carnis integritas in hac uirgineorum claustrorum apertione maximam sustineat lętionem.

In prophetica prænuntiatione consequitur post hæc, & uocabitur nomen eius Emmanuel, id est iste puer, qui de uirgine nascetur, uocabitur Emmanuel, quod Latine interpretatur, nobiscum Deus. Emmanuel enim in Hebræo nobiscum sonat. Et autē Deus interpretatur, quod huic puero conuenit. Nam hoc designat duas naturas, aut substantias in Salvatore nostro, scilicet diuinam, & humanam. Et hoc nobiscum Deus, id est in natura nostra, uel cum natura nostra Deus designat, quod iste habuit deitatem cum natura nostra, quod nulli ante contigerat nec postea

De exitu saluatoris ex uirgineo matris utero uide autorem in paradoxis parad. 1. ca. 6. & Mat. 1. ca. 9. & 49.

postea conuenit. Nam istud nomen manifestat hunc esse Deum. sic enim decebat, ut qui de uirgine super naturam conceptus, & natus est, non solum homo esset, quod naturaliter cōtiggeret, sed etiā Deus esset, quod omnes nature vires excedebat, nec tamē erat contra naturam. Et hoc, quod dicitur nobiscum Deus non interpretatur per nomen oratio, s. ut dicamus nobiscum Deus, i. quod nomen istius pueri nati erit nobiscum Deus, i. quod deus sit nobiscum, sed nobiscum Deus, i. quod nomen huius pueri erit nobiscum Deus, i. Deus cum natura humana, uel existens Deus, & homo. Nam exponendo primo modo per orationem non solum conuenit Deo, sed etiam creaturis. Sic. n. dicitur Exo. 17. & edificauit Moyses altare, atque uocauit nomē eius dominus exultatio mea, i. dominus est exultatio mea, in quo non attribuitur aliqua perfectio altari illi, uel denominatur de illo, sed de Deo. Si tamen exponatur sine oratione esse sensus, quod nomen altaris erat, dominus exultatio mea, i. quod ipsum altare erat, dominus, & exultatio. Sic igitur est de nomine huius pueri nati, quod est Emmanuel, i. Deus nobiscum. Et tunc est sensus, quod per natiuitatē huius pueri dominus est nobiscum, & hoc non erat aliquid magnum, quia quilibet homo poterat sic vocari, in cuius natiuitate, aut quo uiuēte Deus alijs bona colaturus foret: hoc modo poterat vocari Noe Emmanuel, quia per eius vitam Deus dedit alijs requiē, cū ipse inuenit modū transferēdi labores ab hominibus agricultura a se inuenta, quod inuenerit cum dicitur de eo Genes. 3. capitū. iste consolabitur nos ab omnibus laboribus nostris in terra, cui maledixit dominus. In hoc autem erat Deus cum hominibus in quantum tollebat eis maxima pars laborum suorum. Sed non uidetur conueniens, quod uocaretur Emmanuel. Altiori enim quodam modo nos redēptorem nostrū Emmanuel appellamus, & in sacra Scriptura appellatur extimamus. Debet ergo exponi istud nomen non per orationem, sed alio modo incomplexo, s. quod uocabitur nomen eius Emmanuel, i. Deus nobiscum, s. quod ipse est Deus nobiscum, quia Deus cum natura humana, quia Deus, & homo est.

In his autem aduertendum est, quod quamquam Isaia prædixit Christum saluatorem nostrum uocandū Emmanuel, tamen non fuit ei impositum hoc nomen a matre sua, nec ab Angelo, sed uocatus Iesus, ut habetur Luc. 1. ca. sed dicitur nomen eius Emmanuel, id est quia ipse erit talis, quod debeat uocari Emmanuel, etiam si ei nemo tale nomen imposuerit. Nam nominum quædam sumuntur ab impositione; quando non reperitur aliqua causa necessitatis ex parte rei nominatę ad id, quod significat nomen, ut Socrates, uel Plato, aut Cicero. In his enim liberū est imponere quodcūque nomen uoluerimus. Alia sunt nomina, quæ conueniunt secundum naturam, ut pote illa, quæ insunt ex natura speciei, uel generis, ut quod aliquis uocetur homo, uel animal. Nam secundum naturam homo est, & animal est, etiam si nullus ei tale imposuerit nomen. Ita de Christo nomen hoc, quod est Iesus, siue Iosua secundum Hebræos ab impositione sibi est, quoniam potuisset eum uocare mater sua alio nomine, nisi Angelus prædixisset atque præcepisset uocari nomen eius Iesum, ut patet Luc. 1. ca. Nomen autem nature in Christo erat, quod esset Deus, quia erat filius naturalis Dei, & quod esset homo, quia erat filius naturalis hominis, s. uirginis matris. Hoc autem significat istud nomen Emmanuel, s. Deus nobiscum, i. Deus cum humana natura, quod est Deus, & homo. Erat ergo nomen Christi Emmanuel, sicut nomen naturale est, ut homo, & animal. Et sicut nobis non imponuntur ista nomina Alph. Tost. super Ecce virgo, &c.

homo, & animal, sed in nascentibus cognoscuntur, ita & ipsi Christo non fuit a matre, uel ab aliquo impositum istud nomen Emmanuel, sed ab ipsa natura cognitum est. Circa hoc, ut amplior pateat euidentia tria agenda sunt, primo apponuntur quedam fundamenta, ex quibus Iudei in nos insurgunt, aut saltem insurgere possunt, proclamantes hanc Isaie auctoritatem non intelligi de saluatore nostro Iesu. Secundo hæc soluentur. Tertio expositio Iudeorum subiungetur, & improbitur. Ad primum, probat quod dictum Isa. non intelligatur de Christo, ex eo, quod supra dicitur in litera Isaie, quod rex Achaz audiuit, quod Rasin rex Syrię, & Phacee filius Romelię rex Israel consilium inter se fecerunt, ut simul uenirent super regem Achaz regem Iuda, & delerent eum ponentes alium regem in Ierusalem, quod audiens rex Achaz timuit, & totus populus eius cū eo. Tunc Deus ad Isaia dicit, ut egredere in occursum Achaz, & prænuñciaret ei, quod non fieret, quod illi reges præordinauerant, & ad hoc adiecit, dicens: Dominus ipse dabit uobis signum. Ecce virgo concipiet &c. igitur istud signum dabitur ad cōsolationem regis Achaz, ut non timeret reges supra se irruituros, sed signum de Christi natiuitate non fuit tale, ut possit consolari regem Achaz, & populum timeantem, cum istud futurum esset post multa tēpora. Accidit enim post, quasi per sexcentos annos. Quid ergo attinere uidebatur istud signum ad ea, quæ regi Achaz prænuñciabantur? nihil inquam. Non ergo est ipse puer, qui hic nasciturus predicatur.

Item, quando Deus dabat sanctis patribus aliqua signa in veteri testamento, illa signa immediate cōplebantur. Sic patet de Abraham cum quo, cum iniret fetus de dāo ei terram populorum multorum, de quibus habetur Gene. 15. misit ignem inter diuisiones sacrificiorum, quando apparuit fornax ardēs, flamma discurrens per medias diuisiones. Sic etiam cum dedit signum de Gedeon vincendo Madiantitas, immediate completum est, quia apparuit in uellere signum. s. quod uellus erat madidum, & area sicca, & iterum area compluta, sicco isti uellere manente, ut habetur Iudi. 7. c. Sic etiam de Eliezer seruo Abraham, quādo iuit in Mesopotamiam, & de multis alijs. Si ergo nunc fuisset annunciata natiuitas Christi regi Achaz tanquam quoddam prænuñticiatum, quod non deberet timere duos reges, qui uolebant delere domum eius, immediate fuisset, sed fuit post ualde multa tēpora, quia fere post sexcentos annos, ergo non fuit hoc datum in signum.

Item arguunt non posse stare, quia quamquæ Christiani dicant, quod mater Christi uirgo cōcepit, & peperit, tamen in Hebræo non ponitur uirgo, sed adolefcēntula, scilicet puella tenerę etatis, siue sit uirgo, siue non. Quod probant per id, quod habetur Prouerbiorū 30. c. ubi dicitur: Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus non cognosco. Et cōcludit in fine: Viri uiri in adolescentula. In Hebræo ponitur idem nomen quod hic ponitur, s. Alma pro adolescentula, scilicet uia uiri in adolescentula. Sed cum uia uiri in adolescentula est, ipsa non est uirgo, ergo non signat alma semper uirginem.

Item non uidetur posse intelligi de Christo, quia in litera Hebraica dicitur. Ecce, alma, siue adolescentula cōcepit, & pariet, ergo uidetur, quod eo tempore, quo ista uerba dicta sunt, iam conceperat illa puella, cuius filius prædicitur hic nasciturus. Sed beata uirgo Maria non concepit, nisi post sexcentos annos quatuor, ergo non intelligitur de ipsa.

Item dicitur in litera huius prophetię: Et uocabitur nomen eius Emmanuel. Sed de domino Iesu non legitur, A 3 legitur,

Legitur, quod fuisse vocatus Emmanuel, sed vocavit eum mater sua Iesum, quia sic predictum fuerat ab Angelo antequam nasceretur, ut habetur Lucę 1. c.

Item dicitur de puero isto, quod beryrum, & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Ista enim sunt ad causandum in homine quandam dispositionem ad sciendum, & ille puer comesturus erat hæc, ut haberet ingenium convenienter dispositum ad intelligendum, sed de Christo dicimus, quod ab instanti conceptionis sue fuit plenus omni sapientia, quia erat Deus, & homo, ergo non potest intelligi de illo dictum istud.

Item non potest stare ista expositio, quia in litera continuata Isaia in capitulo sequenti post istud dictum habetur: Antequam puer sciat vocare patrem, vel matrem auferetur fortitudo Damasci, ergo videtur, quod aliquod tempus erat, in quo iste puer nasciturus, nesciret vocare patrem, vel matrem, & post illud tempus vocaret patrem suum & matrem, sed de Christo dicimus, quod semper equaliter sciuit, ergo non intelligitur de illo.

Item Christiani de Christo dicunt, quod non fuit genitus de virili semine, sed de isto puero necessarium est, quod intelligatur natus ex patre, & matre, ergo non potest intelligi de Christo. Patet minor, quia dicitur in præallegata auctoritate, antequam puer sciat vocare patrem, & matrem auferetur fortitudo Damasci, ergo puer iste patrem, & matrem habebit, quod nos non concedimus, ergo non intelligitur de ipso. Alia autem his similia fieri possunt de quibus quilibet advertere potest.

Ad hæc autem nobis respondendum est. Ad primum cum dicitur, quod natiuitas Christi non potuit dari in signum regi Achaz, quia fuit magno tempore post respondendum, quod nihil obstat signum dari post rem signatam. Et si dicas, quod tunc signa non faciunt ad aliquam certificationem rerum signatarum, concedendum est, nec hoc est inconueniens, nam interdum Deus dat signa, non ad certificandum res significatas, sed innotescendum id, quod importatur per ipsa signa, cum signa sint distincta a signatis, & cognitio vno, non cognoscitur necessario alteri, & hoc necessarium est, quando eueniunt post ista signata, nam id, quod posterius est non est fortificatiuum, aut testificatiuum priorum. Nam qui vult accipere certitudinem de aliqua re, antequam sit, vult accipere certitudinem, quod erit, sed quando ipsa res, quæ futura erat effecta fuerit præterita, iam plena certificatio est de esse suo, id igitur, quod posterius eueniet non confert aliquatenus ad istam rem præteritam, quia ista iam totaliter certa est cum fuerit.

Est tamen ista conditio signorum, quæ sunt posteriora illis, quorum signa sunt, quod quamuis non certificent quantum ad esse simpliciter, certificent tamen quantum ad esse a Deo, scilicet quod signa non poterunt nobis dare firmitudinem de rebus signatis, quod erunt, quia iam esse suum determinatum est cum fuerint, sed dant certitudinem, quantum ad esse a Deo. Nam quando aliqua res euenit, nisi predicatur nobis a Deo, non intelligimus illam specialiter factam a Deo, cum vero Deus prædicat aliquid, vel aliquam rem futuram, & dat aliquod signum, quod post illam rem sequitur, quando transferit res, & postea euenit signum illud, demonstrat necessario, quod illa res fuerit a Deo specialiter, cum antequam res fuerit prædicata, sit & ad hoc signum datum. Istos modos signorum posteriorum ad rem signatam inuenimus in sacra Scriptura. Sic quidam dicunt de illo, quod habetur Exo. 3. c. cum loqueretur dominus ad Moysen, dicens: Hoc habebis signum, quod miserim te,

cum eduxeris filios Israel de terra Aegypti, immolabis Domino in montem. Hactenus eductio prius faciendâ dicitur, quam super montem immolarent Israelitę. Hoc satis videbatur probare, quod dicebatur, tamen sensus literę non videtur esse iste, qui dicitur, quamquam plures doctorum nostrorum hoc intendunt, sed illud magis ponitur tanquam præceptum, quam tanquam signum, scilicet quod dominus iusserit Moysi, ut quando veniret ad montem illum ibi Domino immolaret. Cum autem dicitur hoc habebis signum, non refertur ad hoc, scilicet, cum eduxeris filios Israel, sed ad aliud, sicut late declarauimus c. 3. Exo.

Sed hoc non obstante habemus alia in sacra Scriptura exempla, in quibus signum datur, & euenit post ipsam rem cuius signum esse ponit, sicut habet. 4. Regum. 19. c. ubi cum timeret Ezechias regem Sennacherib veterum super Ierusalē atque delecturū illā, dixit dominus, quod non veniret, nec pugnaret aduersus eā, & dedit regi Ezechia signum huius, dicens: Tibi autem Ezechia hoc erit signum, comede hoc anno, quod reperieris, in secundo autem anno, quod sponte nascunt, porto in 3. anno seminare, & metite, & plāte vineas &c. Et sic dabit signum, quod vsque ad tres annos cōplēdū erat, tū id cuius signum erat in eadē nocte cōplētū est, s. mortui sunt oēs, qui veniebāt cū rege Sennacherib, cū dñs in eadē nō: Factū est igitur eadē nocte, venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorū cētū octoginta quinque millia. Sicut ergo in hoc fuit signum post istā rem signatā, ita in eo, quod dñs de Achaz, & virgine, quæ cōceptura, & paritura erat datū est in signum, & post euenturū erat, sed aliquis dicit hoc stare nō posse, nā signum, quod datū est Ezechie, quāquā post ipsam rem signatā euenit, tū immediate euenire cepit, id autem quod dñs de virgine cōceptura, & paritura, si de Christi natiuitate intelligat, nō sic fuit, nā post valde multa tēpora euenit. Ad hoc dicēdū est, quod hoc nihil refert nā signum euenit post rem signatā, siue pauco tēpore, siue multo nihil agit. Cuius rō est, quia signum si quicquā proficit hoc est inquātū est cōfirmatiuum, & demonstratiuum eius, quod fieri debet, & futurum prænunciatur. Si autem res signata prius eueniat, signum immediate esse post ipsam rem signatam, vel multo tempore post, nihil differt. Nam qualitercunque eueniat, si post euenit, nullatenus confirmat rem signatam. Vnde signum dictum Ezechie, quia per tres annos post ipsam rem signatam completum est nihil magis firmitudinis contulit ipsi rei signate, quam natiuitas Christi destructioni Syriae Damascenę, & Israel, quamquam hoc per plures, quā quingentos annos postea fuit, sicut ergo aliquando signum reperitur post rem signatam, ita poterit multoties, vel semper dari.

Aliter autem fortassis, & valde cōueniēter, responderi potest euitādo omnia ista, & similia argumēta scilicet, quod non accipiatur hic signum pro eo, quod alterius signatiuum est, sed pro miraculo, & sic qualibet res admiranda excedens naturalem potentiam vocatur signum. Et iste modus loquendi est vsitatus in nouo & veteri testamento. De testamento veteri apparet, quod illæ plage, quas Deus mittebat super Aegyptios vocātur signa, sicut dicitur in Exod. Hac vice mitram super te omnia signa mea. Et iterum, non audiet vos Pharaō, ut multa signa fiant, ut habetur Exo. 1. c. Et similes locutiones in multis alijs locis, non tamen possunt ibi accipi signa prout sunt significatiua alicuius rei, sed prout sunt quedam operationes admirabiles, ita ergo dici potest, quod accipiatur signum pro re admirabili, & erat, quod virgo in virginitate existens conceperet, & pareret non suscepto semine, & hoc miran-

dum Deus dabit Israelitis. Iste modus loquendi etiam frequentatus est in nouo testamento. Sic enim habetur Actu. 6. quod Stephanus plenus gratia, & fortitudine faciebat signa magna, & prodigia coram populo. Vbi necessario signa pro miraculis, & non pro rebus signatiuis aliarum rerum habentur. Sic enim dicitur Marci. 16. signa autem eos, qui crederint, hæc sequentur, in nomine meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis &c. Sed manifestum est, quod signa ibi pro mirandis operationibus sumuntur. Satis ergo rationabile est sic accipi in presenti, & tunc nec dicitur signum ante rem signatam nec post, cum non accipiatur signum pro eo quod est alicuius declaratiuum & corroboratiuum est, sed pro miraculosa operatione, quæ non habet ad aliquid respectum prioritatis, vel posterioritatis.

Ad secundum argumentum, est quod cum dicitur, quod in veteri testamento, quando dabatur signum aliquibus sanctis patribus, immediate complebatur, sicut patet de Abraham, & de Eliezer, & Gedeone atque cæteris, ergo debuit hic sic fieri, sed exponēdo de Christo non fiat.

Dicendum, quod Deus volebat dare regi Achaz aliquod signum corroboratiuum, & demonstratiuum eius, quod euenturum prænunciabatur, & quod istud signum præcederet rem signatam sicut in cæteris sanctis patribus fiebat, ipse tamen malitia sua demeruit, & fuit datum signum, quod esset posterius, per quod non certificaretur de re signata, quamuis euentura erat. Et patet hoc quia Isaia quando primo accessit ad Achaz denunciāns ei, quod non esset id, quod consiliari fuerat duo reges, s. Phaceę filius Romelię, & Rasin rex Syria, non dixit ei signum, quod in litera habetur, scilicet. Ecce, virgo concipiet, sed dixit. Pete tibi signum a Domino Deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra. Signum de profundo inferni erat, quod relictaretur aliquis mortuus, signum in excelsum supra erat, quod fieret aliqua mutatio notabilis in celo. Et manifestum est, quod Deus vellet ista agere. Nam cum suaderet Isaia regi Achaz, ut peteret aliquod istorum, manifestum est, quod si ipse petuisset fieri, quod fieret, alias enim mandatum istud, & persuasio prophetiæ delusoria esset. Si tamen fieret quodcumque istorum, siue de inferno, siue de excelso supra, immediate fierent. Et sic esset signum datum præcedens res signatas. Quod autem ipse rex Achaz impediit hoc, patet, quod cum Isaia suaderet, ut peteret signum a Domino, ait, non petam, & non tentabo dominum, & ob hoc iratus Deus non dedit ei signum, quod præcederet, & signaret atque roboraret quæ immediate sequi debebant, sed dedit ei signum, quod post multa tempora euenturum esset. s. de natiuitate Christi ex virgine. Vel, ut alio modo loquamur, dedit ei non proprie signum, sed magis prænunciatiuum aliquam rem mirabilem futuram, s. conceptum virginalem, & partum. Et hoc quidem quāquam nihil attineret ad id, quod prædictum fuerat regi Achaz de destructione consilij duorum regum cōtra ipsum, cum dictum est, alias tamen dicendum erat, si ad nihil attineret.

Ad tertium argumentum, quando dicebatur, quod non potest intelligi de Christo, quia nos dicimus matrem Christi Virginem concepisse, & peperisse, hic tamen accipitur alma non pro virgine, sed pro iuencula. Respondendum est dupliciter, uno modo, quod quāquam hic accipiatur alma, ut significet iuenculam, aliquando virginem, aliquando corruptam, tamē ex hoc nihil inferitur contra expositionem datam de natiuitate Christi. Nam quamquam ista dictio, alma, interdum accipiatur pro corrupta, interdum tamē pro virgine accipi potest, sic accipietur hic pro virgine

Maria quamquam alibi assumatur pro iuencula quæ corrupta est. Hęc autem responsio est, si nos respondeamus Iudeis dicentibus non posse intelligi de natiuitate Christi, quia alma interdum significat iuenculam, quæ corrupta est. Si tamen nos arguamus contra eos debere necessario intelligi de Beata virgine, quia dñs, quod virgo esse debebat illa, quæ conciperet atque pareret ex hac dictione alma, possent dicere Hebręi, quod non tener argumentum, quia ista dictio, alma, non solum significat virgines, sed etiam significat iuenculas defloratas, & tunc ratio nostra contra responsonem Iudeorum, ex hac parte non tenet. s. cōcesso, quod Alma aliquando significat virginem iuenculam, aliquando corruptam. Dicendū est ergo aliter, & conuenientius quod ista dictio alma solum accipitur hic pro virgine, & alias ubi ponitur, identidem pro virgine sumitur.

Hoc autem conatur Nicolaus de Lyra probare, quoniam dicit istam dictionem alma sicut hic ponitur. s. He alma cum adiectione articuli, in trib. locis solum reperiri. s. hic & in duobus alijs separatim, & semper pro virgine incognita viro accipi, ergo hic quoque pro virgine accipiendum est, & non pro adolescentula corrupta.

Primus locus est Gen. 24. de rebecca, ubi dñs, quod erat virgo pulchra facie & incognita viro, & habetur ibi He alma, de rebecca tamen manifestum est, quod virgo erat.

Secundus locus est Exod. 2. ca. ubi dicitur de Maria sorore Moysi, quando stabat in ripa fluminis Nili attendēs quid fieret de Moysē, qui erat expositus in carrecto fluminis in ficella scirpea, & venit filia Pharaonis, fecitque educi puerum, tunc soror Moysi iuit, ut quæreretur aliquam Hebræam, quæ nutrirer infantulum, & dicitur in litera perrexit puella, & vocauit matrem pueri. Et in Hebræo ponitur He alma. Manifestum tamen est, quod etiam in hoc loco significat virginem, quia soror Moysi adhuc parua erat, & virgo, sicut ergo in his duobus locis accipitur alma pro Virgine, ita & in hoc loco accipitur pro Virgine.

Sed ista assignatio non multum agit, nam siue ponatur in litera alma, siue He alma, non differt, quia utrobique accipitur ista dictio alma eodem modo. Quod autem anteponatur He alma ad significationem nihil agitur, nec mutatur, sed ad consignificationem, quia ista dictio He in Hebræo, est articulus, & non dictio principalis, articuli autem ad quandam consignificationem ponuntur. s. qua dictionem cuiusdam quasi relationis vel denunciationis esse significant. Ideo si ista dictio alma sine articulo Virginē significat, cum articulo quoque Virginem designabit, & e conuerso si cum articulo designat iuenculam corruptam, eodē modo designabit sine articulo, nihil igitur differt an ponatur alma, vel He alma.

Et etiā quia hæc dictio alma pro Virgine cū articulo, non solum in locis tribus veteris testamenti reperitur, sicut ait Nicolaus, sed in multis locis. Sic enim habetur Cantico. c. 1. ubi dicitur, in odorem vnguentorum tuorum cucurrimus, adolescentulę dilexerunt, ubi ponitur in Hebræo alma, & Ra. Sa. atq; alij Hebręi dicunt, quod intelligit de Virginibus. Item Canticorum. 6. Sexaginta sunt reginæ, & octoginta cōcubinae, & adolescentularum non est numerus, & in Hebræo ponitur Almoth, quod est plurale huius nominis alma, & tū ibi pro virginibus eodem modo accipitur s. in Hebręos.

Et non solum hoc ex testimonio eorum patet, sed et necessarium est sic dici, quoniam femines, quas suscipiebat Salomon, distinguuntur in tres status. s. vxores, con cubinas, & adolescentulas, ex quo patet adolecētulas Virgines dici. Nā scēmine, quas Salomon tenebat, aut erāt legematrimonii, aut sine aliquo sedere. si aut erāt copulata matrimonialiter, sunt illę, quæ vocātur regi-

ne, s. 60. si aut nō federe copulatę erant, aut erāt virgines, quas nondū Salomō carnaliter cognouerat, aut erant cognitę; si autem erant cognitę, & tenebantur ab ipso vocantur concubinas, & iste sunt, quas vocat scriptura octoginta concubinas. Oportet igitur quęcunque alię maneant illę sint virgines incognitę, sed istę vocantur in litera adolescentule, & in Hebręo ponitur alma, sine alio pluraliter, ergo necessariū est, vt accipiamur pro virginibus. Et sic est in multis alijs locis sacre Scripturę.

Ad 4. rationem.

Ad quartum argumentum quo dicebatur, quod in litera Isaiaë ponitur. Ecce virgo concepit, & pariet filium, quia ponitur concepit in præterito, & pariet in futuro, ex quo innuitur, quod tempore huius denūciationis prophetia Isaiaë, iam extirerit facta conceptio, sed nondum partus, quod de Christo non potest intelligi.

Respondendum est, quod in hoc non est vlla vis arguendi, quoniam in sacra Scriptura mutantur tempora frequenter, potissime in prophetijs, quia Deus volebat, vt sic propheta loquerentur. Et hoc patet de eo, quod habetur Isaiaë 53. ca. vbi loquitur propheta de Messia, tam secundum dispositionem catholicorum, quam Iudæorum. Et loquitur de præterito, quasi per totum ca. cum dicitur: Vidimus eum, & non erat ei species, nec decor, desiderauimus eum despectum, & non illi sumus virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus est vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit &c. Iudæi tamen exponunt ista adhuc de Messia futuro. Ergo quamquam ponatur hic: Ecce, virgo concepit in præterito, poterat tamen intelligi de futuro.

Item potissime adhuc apparet hoc nihil confirmando testimonio Hebræorum, quoniam ipsi falso exponunt, sed adhuc ex litera ipsa Isaiaë. Nam manifestum est, quod quando Isaiaë ista verba de Messia prænucciavit, nondum venerat Messias, & tamen verba sunt de præterito, ergo necessarium est, vt reducatur intellectus eorum ad futurum.

Item adhuc patet hoc magis, nam nisi intelligatur, quod tempora in prophetis mutantur, includeret in se contradictionem, quod apparet ex eo, quod habetur Isaiaë 53. cum dicitur, sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tōdente se obmutescet, & non aperuit os suum, de iudicio, & angustia sublarus est. Ecce enim ponuntur verba de præterito, & futuro, & tamen impossibile est, vt intellectus horum non reducat ad idem tempus, potissime, cum necessario ex litera pateat illa pertinere ad idem tempus, cum dicatur. Et quasi agnus coram tōdente se obmutescet, & non aperuit os suum. Non aperire os suum, & obmutescere ad idem tempus pertinet, cū totaliter idem sint, & tamen vnum ponitur in futuro, & aliud in præterito, ergo necessario ambo debent referri, & exponi per idem tempus, scilicet per futurum, de quo tota illa prophetia intelligitur. Sicut ergo ibi ponitur præteritum, & futurum, & ambo reducantur ad futurum, ita ponuntur hic in Hebręo duo tempora eadem, cum dicitur: Ecce, virgo concepit, & pariet filium, ergo eodem modo reduci poterunt, & debent ambo ad vnum tempus, scilicet ad futurum, vt dicatur secundum literam nostram: Ecce virgo concipiet, & pariet filium.

Ad 3. rationem.

Ad quintum argumentum, quando dicitur, quod non conuenit ista prophetia Christo, quia de isto puero dicitur, quod vocaretur nomen eius Emmanuel, sed nomen Christi non fuit Emmanuel, sed Iesus, vt in Hebręo vocatur, aliter appellatur Iosua.

Respondendum est, quod mater Saluatoris nostri, nec Angelus, qui prænucciavit nomen eius antequam in vtero conciperetur, non vocauit eum Emmanuel, sed Iesum, immo nec vocare sic conueniebat, quia hoc dicere, erat ac si nullum imponeretur ei nomen. Velut si cum aliquis nasceretur, parentes eius vocarent eum hominem. Nam hoc ei a natura inerat, nec oportebat, vt quisquam tale imponeret nomen. Sic autem se habet ad redemptorem nostrum, quod vocetur Emmanuel, sicut ad nos, quod vocemur homines.

Pro hoc considerandum est, quod nominum quedam sunt ab impositione, & voluntate nostra, ita quod nisi imposuerimus non erunt, alia autem sunt, quę conueniunt per naturam, etiam si nullus illa imposuerit. Prima sunt, vt Sortes, Plato, Petrus, & similia. Nihil quidem ista nomina signant, quod secundum naturam contineat ei, cuius sunt nomina, sed sola voluntas nostra causa impositionis horum nominum est.

Alia autem sunt nomina, quę secundum naturam conueniunt rebus, etiam si nullus imposuerit illa, sicut nomina speciei, vel generis. Cum enim aliquis nascitur ab homine nomen illius est homo, vel animal, & hoc est secundum naturam, id est secundum principia substantialia, quę in eo sunt. Sunt ergo aliqua nomina secundum speciem, aliqua autem secundum voluntatem, & impositionem. secundum impositionem voluntariā est hoc nomen Iesus, quod Angelus prænucciavit. Nam quamquam in re sic ipse saluator esset, sicut nomen suum significat, tamen voluntatum fuit, quod istud nomen poneretur, quoniam poterat aliquod alterum poni. Erant enim alia nomina, quę ei secundum naturam conueniebant, scilicet, quod vocaretur homo, quia verus homo erat, sicut nos. Etiam erat nomen suum secundum naturam Deus, quia vere Deus erat, sicut nos veri homines sumus. Non igitur oportebat, vt aliquis ei ista nomina imponeret, sicut non oportet, vt cum nos nascimur, aliquis nos homines vocet. Sed hæc numerentur in Christo per hoc nomen Emmanuel, significat enim Emmanuel nobiscum Deus, scilicet quia Deus est in natura nostra, & hoc nihil aliud est, quam quod aliquis simul habeat duas naturas, scilicet diuinam, & humanam. Non igitur oportebat, quod istud nomen Emmanuel imponeretur Christo, quia sibi inerat. Et quando propheta dixit, & vocabitur nomen eius Emmanuel, non voluit designare, quod istud nomen Emmanuel imponeretur Christo, sed quod ipse esset Deus, & homo simul, secundum quod conueniret ei istud nomē Emmanuel quamquam nullus illum sic vocaret.

Ad 6. argumentum, cum dicitur, quod de isto puero nascituro dicit, quod butyrum, & mel comedit, vt sciret reprobare malum, & eligere bonum, & quia istę sunt dispositiones ad intelligendum acutius de Christo tamen hoc negamus, quia dicimus ab instanti conceptionis sue fuit sapientia plenus, & non didicisse per tempora.

Dicendum, quod quantum ad hoc, quod est comedere butyrum, & mel qualiter se habeat ad intelligere, & qualiter ista in Christo fuerint, postea in secunda particula huius dicitur.

Ad aliud tamen, quod est Christum in tempore didicisse, vel non.

Respondendum est, quod consideratur dupliciter, aut quantum ad realitatem, aut quantum ad apparentiam. Quantum ad apparentiam quidem dicendum, est quod Christus proficiebat in sapientia, quia a primordio ætatis suę, vique ad maturam ætatem,

Nomina alia a natura alia a voluntate.

tem, in qua prædicare cepit, semper visum est, quod proficeret in sapientia. Sic apparet Lucę 3. c. cum dicitur. Et Iesus proficiebat sapientia, & etate, & gratia apud Deum, & homines, id est videbatur proficere in omnibus istis, quia quotidie ibat per continuos successus, scilicet quantum de etate accipiebatur, tantum, & de virtute.

Et considerandum est, quod est quedam scientia in intelligentia, secundum quod per intellectum aliquid cognoscimus, est alia in experientia.

Accipiendo primo modo dicendum est, quod Christus non proficiebat, quia ab instanti sue conceptionis fuit perfectus in omnibus, quę postea intellexit. Si autem accipiat pro scientia, quę est in experientia, dicendum est, quod Christus vere addiscebatur. Nam quamquam ipse cognosceret quantum futurus esset labor, aut dolor in eis, quę passurus erat, tamē quantum ad experientiam nesciebat quantum dolor esset, quia nullum vnquam dolorem, aut laborem passus fuerat. Et quia quotidiani ei labores atque dolores conueniebant, necessarium erat, vt quotidie plura sciret. Sic habetur ad Hebręos 5. c. cū dicitur. Etenim cum Dei filius esset, didicit ex eis, quę passus est, obedientiam.

Ad 7. argumentum quando dicitur, quod Isaiaë de hoc puero in sequenti capitulo, ait antequam sciat puer vocare patrem, & matrem, auferetur fortitudo Damasci: Sed non potest intelligi de Christo, secundum quod nos dicimus, quia tunc esset aliquod tempus, in quo Christus nesciisset vocare patrē, & matrem. Respondendum est istud Propheticum d. st. fatis stare conuenienter. Nam quamquam Christus secundum quod Deus ab æterno esset, tamen non fuit homo ab æterno, quia in tempore assumpsit humanitatem, & quia antequam ipse assumpsisset carnem nostram, destructa fuit Damascus, scilicet non multis temporibus postquam dicta sunt ista ad regē Achaz, verum est, quod antequam sciat vocare puer patrem, aut matrem, auferetur fortitudo Damasci. Et non solum antequam sciret vocare, immo antequam esset ille puer, id est in natura humana assumpta, & vocaret patrem, & matrem. Respondetur nō esse inconueniens, quia cum fuerit aliquod tempus, in quo Christus in quantum homo nondum erat, & nec mater sua, nullatenus erat impossibile, q. nesciret vocare patrem, aut matrem.

Item adhuc dicendum est, quod postquā Christus homo natus de Virgine est, non semper sciuit vocare patrem, & matrem, prout scire quandam experientiam vocat. Nam quamquam anima Christi ab instanti conceptionis plena esset omni sapientia, & sciret formare quasunque voces, tamen Christus aliquo tempore fuit, quo voces non formauit, scilicet quod quamquam sciret loqui, tamen non locutus fuit immediate, vt natus est, sed eo tempore, quo alii loqui solent, & hoc fuit propter duo, primo quia ad hoc, quod aliquis loquatur, oportet quod sit aliqua conceptio in intellectu, quam per vocem exprimere velit mediante potentia interpretatiua. Oportet etiam esse alterum, scilicet quod in organis locutionis sit conueniens dispositio ad formandam vocē. In Christo autem a principio quamquam vnum eorū esset, ambe tamen perfecte non erant, sicut patet inuenti. Secundo, propter quod Christus a principio sue natiuitatis loqui non debuit, dato quod potuisset: fuit, quia secundum nature conditionem nemo a principio loquitur articulata verba depromens, quamquā prolata emittat, quę vox articulata iter est omnium vocamentorum prouenientium ex ipsa conditione mortalitatis. Ad formandum autem articulatum vo-

cem aliqua determinata conceptio requiritur, & nō solum dispositio in organis vocalibus, sed etiam dispositio in organis phantasticis, vt sint ibi conceptiones specierum, per quas tanquam per quedam media incorporalia prompte, & pure specierum deriuatur cōceptio intellectus nostri in vocem. Ad hoc autem tempus aliquantum requiritur. Vnde principio nullus potest habere organa phantastica disposita, ita vt voces formare possit, ideo vires nature excedit aliquem hominem loqui posse quando natus sit, sed vique ad aliquantum tempus. Quod quidem nō est valde paruum, vt satis apparet. In quibusdam autē priusquam in alijs est secundum varietatem dispositionis organorum phantasticorum, & secundum communicationem aliorum, qui infantulum ad formandas voces magis, aut minus erudiant, Christo ergo non conueniebat, vt a primordio natiuitatis sue loqueretur. Nam cum hoc esset supra vires, aut præter communem modum aliorum naturaliter agentium, Iudęi videntes hoc extimassent Christum aliquid monstruosum esse, & deuitassent eum semper concepta de eo mala opinione, quod non conueniebat, ergo nō locutus fuit a principio. Patet etiam hoc, quia Lucę 3. cap. dicitur, Iesus autem crescebat sapientia, & etate, & gratia apud Deum, & homines, id est quod videbatur quotidie gradualiter crescere, si tamen Christus a principio locutus fuisset cū natus est, non videretur crescere quotidianis argumentis in conspectu hominum, sed simul accepisse magnam sapientiam. Ideo dicendum est, quod Christus non locutus est immediate, vt natus est, & sic satis patet ad istud argumentum.

Ad 8. argumentum, quando arguebatur, quod nō posset intelligi de Christo, quia Isaię 8. c. dicitur antequam puer sciat vocare patrem, vel matrem, auferetur fortitudo Damasci, ergo iste puer patrem, & matrem habebat, quod de Christo non conceditur. Respondetur fortassis quispiam, quod Christus patrem, & matrem habebat, quia pater suus erat Deus, mater autem beata Virgo, sed hoc nō applicatur, quia quādoque assignatur aliquid pater, & mater assignatur secundum eandem generationem, & natiuitatē, ita quod ista duo sint, tanquam duo principia eiusdem genti concurrentia in vnitatem principij agentis, sed Deus, & virgo Maria non concurrunt in vnitatē principij agentis in eadem generatione, sed Deus est pater in generatione æterna, in qua nulla est mater, & beata Virgo est mater in generatione humana, in qua nullus est pater. Non ergo potest dici habere Christus patrem, & matrem secundum modum loquendi nostrum, quia non habet eos secundum idē.

Item quoniam si daremus Christum isto modo habere patrem, & matrem, non poterat applicari dictum propheticum. Erit namque falsum, & tunc nō stabit, quod antequam puer sciat vocare patrem, & matrem auferetur fortitudo Damasci. Nā iste Christus filius Dei ab æterno sciuit vocare patrem suum Deum, cum sit ens perfectissimum, ergo prius sciuit vocare patrem & matrem, antequam auferretur fortitudo Damasci, ergo non accipitur isto modo Christus accipere patrem, & matrem.

Itē, quia in litera Isaię 8. c. dicitur: Antequam puer sciat vocare patrem, & matrem &c. ergo iste, qui aliquando nesciebat vocare patrem, & matrem, erat puer, sed Christus secundum quod puer non habet patrem, & matrem, quia Christus vt homo solam matrem habuit, ergo iste puer sic acceptus habere patrem & matrem non potest. Et si accipiat, vt habet patrem, & matrem, iam non vocabitur puer, quia non est secundum vtrumque puer: vltatenus igitur

igitur non potest stare ista solutio. Dicendum igitur est, quod iste puer, de quo hic dicitur, est Christus, & de hoc intelligitur, quod antequam sciret vocare patrem, & matrem auferetur fortitudo Damasci, sicut supra dictum est, & expositum: iste tamen, ut puer habuit patrem, & matrem, quia matrem veram habuit, scilicet virginem benedictam, patrem autem secundum carnem nullum habuit, tamen ab omnibus putabatur habere patrem. Aliqui namque de fornicatione eum natum existimabant putantes, quod Ioseph vir Marię non erat potens generare pre senectute, & sic, quasi per improprium eum ex fornicatione natum dicebant, ut cum semel Iudaei responderunt ei, dicentes. Nos ex fornicatione nati non sumus, quasi dicerent, tu es natus ex fornicatione, & nos nequaquam. Alij autem melius de Beata Virgine existimauerunt, dicentes, Christum esse filium Ioseph, & ista erat communis opinio. Sic habetur Luc. 3. cu dicitur: Erat Iesus incipiens, quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Ioseph, & alibi eum vocabant filium fabri, scilicet filium Ioseph, qui erat faber lignorum. Propheta autem quantum ad hoc non curavit multum attendere veritatem, sed magis opinionem, dicens: antequam sciret vocare patrem, & matrem. Et causa huius est, quia intentio principalis non fundatur in hoc, ideo non curavit radicem veritatis, sed opinionem, si tamen fuisset id, quod principaliter intenderet propheta, posuisset veritatem rei, non curans de opinione. Et sic pater solutio ad argumenta Iudeorum, tam quae faciunt, quam quae facere possunt.

Tertia pars, & ultima huius primae particulae est de expositione Iudeorum circa istam Isaie auctoritatem, & ipsi non exponunt omnes concorditer. Nam aliqui exponunt de rege Ezechia, dicentes, quod iste fuit genitus de quadam puella, quae vocatur alma, quia parua etatis erat, & hoc fuit datum in signum regi Achaz, quod vxor sua conciperet, & pareret, & vocaretur nomen eius Emmanuel. Et ad hoc agere videtur id, quod habetur Isaie octavo capitulo, scilicet, & erit extensio alarum eius operiens latitudinem terrę tuę o Emmanuel: Ezechie enim hoc proprie convenit, quia ipse fuit filius regis Achaz, & successit ei in regnum, atque dominatus est toti terrę Iudę, cuius latitudinem impleverunt alę regis Assyriorum, de quo ibidem agitur. De isto etiam satis applicatur, quod postea sequitur: Butyrum, & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Nam iste qui erit filius regis, nutriebatur delicata, & dabatur ei alimenta, quae essent convenientia ad disponendum phantasiam, & cetera organa interiora, quae requirit intellectus ad subseruendum sibi, ut sic intelligere valeat convenienter, & his habitabatur ad sciendū iudicare, quod bonum esset, & reprobandum, quod malum esset.

Sed ista expositio non videtur stare convenienter. Primo, quia in principio literę Isaie dicitur: Dominus ipse dabit vobis signum, siue ergo accipiat signum pro aliqua re miraculosa, sicut est modus loquendi in sacra Scriptura, siue prout est significativum futurorum, non convenit aliquo horum modorum, quia conceptio, & partus regis Ezechie non fuit penitus admirabilis, cum concedatur, & asseratur ab ipsis Iudaeis modo naturali factus. Nec accidit aliquid alterum in illius conceptione, & partu, quam in aliorum conceptionibus euenire solet. Non igitur erat signum, id est admirandum aliquid. Nec erat etiam signum, prout est signativum, & corroborativum eorum, quae Deus daturus erat, & promittebat regi Achaz. Nam ea, quae naturaliter fiunt non sunt signa eorum, quae super naturaliter accidunt, cum non habeant

aliquam coherentiam cum illis, nisi inquam Deus dat illis, quod sunt signa. Nam si aliquid naturale esset signum eorum, quae supernaturaliter accidunt, cum in omnibus naturalibus eorum applicatio ad Deum sit, cum omnia equaliter a Deo proveniant, fieret, ut omnia naturaliter facta, aliquorum supernaturalium signa forent, quod inconueniens est. Naturalia ergo supernaturalium operationum, aut eorum, quae Deus se facturum promittit, signa non sunt.

Ra. Salomon volens assignare in hoc quomodo signum proprie assumitur, dicit quod hic erat aliquid miraculum secundum, quod ista conceptio pueri, quae hic dicitur esse signum eorum, quae Deus promittebat regi Achaz. Et dicit, quod quamquam ista conceptio, & partus pueri fuerit naturaliter contingens, tamē miraculum fuit, quod praediceretur sexus pueri nascituri. Nam dictum est, quod nasceretur filius, & vocaretur nomen eius Emmanuel, sed cognosci, an esset masculus, vel femina antequam nasceretur, miraculum quoddam erat.

Ad hoc dicendum est, quod non potest stare. Nam quamquam apud vulgares hoc incognitum sit, qui de secretis naturę nihil inuestigant, apud eos tamen, qui sapientes tam inter Philosophos, quam inter medicos sunt de hoc aliqua cognitio est. Sunt enim aliqua signa, per quae hoc cognoscitur, & ponit ea Arnaldus de villa noua in quodam libello, quem de embryone confecit.

Et si forte arguas, quod quamquam medici hoc cognoscant per coniecturas, per certitudinem tamē non cognoscunt.

Dicendum tamen, quod hoc non multum differt, & tamen si adhuc ad hęc attendere vellemus, dicendum esset, quod quamquam homines plene non cognoscant tamen demones hoc nouerunt certissime, quoniam omnia naturalia cognoscunt. Nihil tamen ipsi ultra cognitionem naturalem habent, cum in verbo nihil cognoscant, quia hęc cognitio est premium beatorum.

Sed adhuc obijcies ista nihil esse, ac semper miraculum esse, quod sexus pueri nascituri praediceretur. Nam quando aliquis est in utero cognosci potest a medicis, vel Philosophis an masculus, vel femella sit, ante decisionem tamen seminis nemo nouit naturaliter. Repugnat enim naturę, ut rem non existentem in natura ex principijs naturę quis cognoscat, sic ergo esset de puero isto, quod esset miraculum praediceretur sexus eius antequam esset in utero.

Ad hoc respondendum est, quod miraculum quidem est si antequam quisquā concipiat aliquis per certitudinem denunciet de illo, quod erit, & quod erit masculus, vel femella. Et hoc modo, nec quisquā homo nec demon, nisi a Deo certificatus praenunciare potest. Hoc autem non applicatur ad propositum secundum intentionem Iudeorum, quia ipsi dicunt tempore huius locutionis ad Achaz conceptionem factam fore, cum dicat litera in Hebreo: Ecce, virgo concepit, & pariet filium. Existente autem fetu in utero satis cognosci potest de ipso secundum modum suprapositum an sit masculus, vel femella, siue accipiat secundum cognitionem hominum, siue secundum cognitionem demonum, ergo non erat miraculum ex fundamento suo, quod cognosceretur sexus pueri nascituri, & sic non esset signum.

Item non videtur convenienter assignatum, quod natiuitas pueri huius esset signum, & conceptio iuuenicula illius, si poneretur iuuenicula pro puella corrupta. Nam tunc cum omnes feminae sic concipiant, & pariant cum corrupte fuerint, non videretur esse miraculum nec signum aliquod, nisi pro aliqua specialiter

aliter assumatur. Si autem ponatur pro virgine, sicut litera nostra ponit, quacunque illa virgo sit, quae in virginitate existens concipiat miraculum erit, & non oportet explicare, quae virgo illa sit, sed hic nihil determinat, quae mulier ista fuerit, ergo oportet, quod assumatur pro virgine, & non pro corrupta.

Item non conuenit, quod exponatur pro rege Ezechia, quia istud signum praedictum est futurum, scilicet: Ecce, virgo concipiet, & pariet filium. Sed manifestum est, quod quando ista dicta sunt, Ezechias natus erat, & habebat annos tredecim, vel nouem ad minus. Quod patet, quia Achaz pater Ezechie regnauit annis sexdecim in Iuda, ut patet 4. Regum. 16. capi. & Ezechias erat 25. annorum cum regnare cepisset, ut patet 4. Regum 18. ergo in anno, quo cepit regnare Achaz erat Ezechias annorum 9. ergo dato, quod in eodem anno dicta fuissent ista verba ad Achaz iam natus esset Ezechias, & haberet annos nouem. Potissime, quia multi doctores in hoc concordant, quod ista verba dicta fuerint in anno 4. regis Achaz, & tunc Ezechias esset tredecim annorum, & sic quomodocunque ponatur erit natus hoc tempore, quo ista verba dicebantur ad Achaz, quod est contra literam, cum dicatur in ea, & pariet filium.

Item non potest stare, quia repugnat ei litera, quae habetur Isaie 8. c. scilicet antequam sciat puer vocare patrem, & matrem auferetur fortitudo Damasci. sed manifestum, quod ante sciuit loqui Ezechias, quam auferretur fortitudo Damasci, & vocare patrem, & matrem, quia dato, quod fortitudo Damasci ablata fuisset immediate, ut dicta sunt ista verba ad Achaz, iam Ezechias sciret vocare patrem, & matrem cum in tempore, quo ista verba dicta sunt, esset Ezechias annorum nouem ad minus, ut supra probatum est, non igitur potest intelligi de Ezechia.

Alia est positio circa hoc Rab. Salomonis, & quorundam aliorum Iudeorum, scilicet quod non fuit iste puer, de quo hic dicitur Ezechias, sed filius Isaie. & probat, quod non fuerit Ezechias, quia iam natus erat. Sed dicit de filio Isaie, quod Isaie tunc accessit ad vxorem suam, & cognouit eam atque conciperet. Et hoc manifestatur sequenti capitulo, cum dicitur: Et accessit ad prophetissam, & concepit, & peperit.

Sed ista positio stare non potest, quoniam patitur eadem inconuenientia, quae superior positio, quamquam non omnia illa, Et patet, quia non potest convenienter poni tanquam signum ista natiuitas, & conceptio pueri huius aliquorum, quae Deus facturus esset nullo modo erat miraculosa, ita ut esset conueniens testimonium rerum quas Deus facturus esset.

Et si dicatur, secundum quod dicit Ra. Sa. quod erat signum illarum rerum, & miraculum cum praediceretur hic sexus pueri futuri.

Dicendum est, quod non potest stare, sicut supra probatum est, quod in cognitione hac miraculum nullum erat.

Item Rab. Salo. applicat auctoritatem Isaie, quae habetur 8. c. ubi dicitur: Antequam sciat puer vocare patrem, & matrem auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariae coram rege Aegyptiorum, & Assyriorum scilicet, dicens, quod paulo postquam ista dicta sunt, quae habent in 7. c. Isaie ad ipsum regem Achaz venit rex Assyriorum in Damascum, & abstulit fortitudinem eius occidens regem eius Rafin, & transtulit populum eius in Cirenem. De Samaria autem, quae ad regem Israel, scilicet ad Phacee pertinebat, dicit, quod paulo post coniuuauit Osee filius Hela contra Phacee, & occidit eum atque regnauit, & sic poterunt ista facta esse antequam puer ille filius Isaie

sciret vocare patrem, & matrē. Sed hęc non possunt stare, quoniam Ra. Salo. praesupponit, & asserit fuisse natum hunc filium Isaie, qui vocatur Emmanuel anno quarto, vel quinto regis Achaz, quo supposito non possunt stare, quae ipse applicat. Nam dicit, quod eodem anno, quo mortuus fuit Rafin rex Damasci a rege Assyriorum coniuuauit Osee filius Bela contra Phacee, & occidit eum, sed Osee regnare cepit anno duodecimo regni Achaz, ergo in isto anno fuit mortuus Phacee rex, & Rafin rex Damasci, ergo isti quando mortui sunt, erat iste puer, qui vocatur Emmanuel annorum octo, vel septem ad minus, quia eum natū dicit in anno quarto, vel quinto regni Achaz. Sed ante annum octauum, & septimum pueri sciunt vocare patres, & matres, ergo non potest stare ista expositio, cum litera dicat auferendam fortitudinem Damasci antequam puer sciret vocare patrem, & matrem.

Item non potest stare ista expositio, quia in litera eiusdem 8. capi. dicitur antequam puer sciat vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariae coram rege Assyriorum. sed spolia Samariae non accepta sunt a rege Assyriorum ante annum nonum regni Osee, ut patet 4. Regum 17. cum dicitur, quod rex Assyriorum ascendit Samariam, & obsedit eam tribus annis, anno nono Osee regis Israel cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios, ergo usque ad annum nonum regni Osee adhuc iste puer, qui vocatur Emmanuel nesciebat vocare patrem, & matrem, scilicet in isto tempore puer, qui erat filius Isaie, & vocatur Emmanuel secundum Rab. Salomonem.

Sed non stabit secundum eum, quia tunc esset ille puer decem, & septem annorum, in quo tempore nemini dubium est esse homines discretionis. Hoc probatur, quia ut ipse dicit iste puer natus est anno quarto, vel quinto regni Achaz, a quo tempore usque in annum duodecimum eius quando cepit regnare Osee in Isael transtulerunt anni octo, & postea transtulerunt nouem anni regni Osee usque accepta sunt spolia Samariae a rege Assyriorum, qui simul sumpti sunt decem, & septem, ergo tot annorum esset Emmanuel illo tempore, quo accepta sunt spolia Samariae ad minus. Non potest ergo vllatenus sustineri ista positio Ra. Salo. circa istam auctoritatem: Ecce, virgo concipiet &c.

Alia est positio quorundam Iudeorum, quam tenet Rabbi Dauid, qui vocatur Kimhi, quod iste, qui genitus est, atque vocatus Emmanuel non fuit Ezechias, sicut supra probatum est, nec etiam fuit filius Isaie, sicut tenet Rab. Salo. sed fuit filius regis Achaz, non tamen Ezechias, sed aliquis alius, & non fuit ex illa vxore, ex qua suscepit Ezechiam, sed ex alia, quae esset adulescentula. Et probat contra Ra. Salomonem, quoniam si intelligeretur de filio Isaie diceretur hic: Ecce prophetissa concipiet, & pariet filium, sicut 8. capi. Isaie cum agatur de eadem, ut ipse intelligit, dicitur, & accessit ad prophetissam, & concepit, & peperit. Itemque in litera dicitur: Ecce, virgo concepit, & pariet, ex quo videtur, quod ille, qui vocandus erat Emmanuel in utero conceptus erat, quando ista dicebantur ad Achaz, sed de vxore Isaie dicitur postea: Et accessit ad prophetissam, & concepit, & peperit, ergo non potest de illa intelligi.

De hoc ad nos nihil attinet, an bene impugnet Ra. Salo. constat namque vtrunque errare, secundum veritatem tamen argumenta ista nihil sunt. Poterat tamen solidius argui contra positionem Ra. Salomonis, scilicet quod non possit intelligi de filio Isaie, quia ipse sit Emmanuel. Nam Isaie 8. c. cum dicat de rege

Hebręorū  
Interpretatio  
loci  
Isaie, ecce  
virgo concipiet.

K

E

cialiter

rege

rege Assyriorum possessorem regnum Iudae, dicitur: Et erit extensio alarum eius implem latitudinem terrae tuae o Emmanuel. Ergo terra Iudae erat ipsius Emmanuel, sed filius Isaie nihil horum possedit, sicut nec pater suus Isaia, ergo non est ipse, qui vocatur Emmanuel. Dicit autem Rabbi David kimhi de isto filio regis Achaz intelligi totam istam auctoritatem Isaia, applicando eam, sicut applicabat Rabbi Salo. loquens de filio Isaie.

Sed omnia eadem inconuenientia, qua ponebantur supra sequi ad positionem Rabbi Salomonis de filio Isaia, sequitur ad istam, & quaedam eorum, quae sequebantur ad positionem de rege Ezechia, quoniam in conceptione, & natiuitate istius nullum miraculum fuit, ita ut ipsi esset signum eius, quod Deus praedicebat.

Item ea, quae inducebantur de s. c. Isaia, scilicet antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem auferetur fortitudo Damasci. Nam cum iste ponatur natus ex tempore, quo ponebat Rabbi Salo. nati filium Isaia, sequuntur eadem inconuenientia de tempore.

Item, quia eodem s. c. dicitur. Et erit extensio alarum eius implem latitudinem terrae tuae Emmanuel, sed nullus filius Achaz praeter Ezechiam possedit regnum Iudae, ergo non poterat dici de aliquo filio Achaz, quod ipse esset Emmanuel, nec terra illa esset sua, alia quoque induci possent. Restat igitur istam tertiam positionem Iudaeorum inconuenientem esse, sicut ceteras, manente sola expositione de Christo, sicut exponit beatus Mattheus; & eo modo, quo superius profecti sumus. Et sic est huius prius particulae finis.

Secunda autem huius inquisitionis particula est quomodo accipiendum sit, quod idem Propheta in praeposita auctoritate subintulit, dicens: Butyrum, & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Haec autem breuissime determinanda est.

Iudaei hanc particulam ad superiores continuantes dicunt, quod iste puer, qui natus erat, & uocandus Emmanuel, futurus erat magni iudicij, ideo in tenera etate dabatur ei butyrum, & mel in cibum, ut disponeretur ad acumen ingenij. Nam alimentorum qualitates ad hoc multum conferunt.

Nobis autem aliter in hoc exponendum est, nam istam auctoritatem cum necesse sit sub eodem contextu totam esse, oportet totam ad idem, & de eodem exponi, sed de Christo priora exposuimus. Necessarium est igitur, ut hanc quoque particulam ad eundem referamus, unde nisi huius literae tenore in parabolico sensu sequeremur, necessarium erat Christum dici saepe comedisse butyrum, & mel, tamen comedisse illa, ut sciret reprobare malum, & eligere bonum non est conueniens, quia tunc videretur, quod Christus indigebat aliquibus dispositionibus naturalibus ad hoc, quod haberet ingenium acutius ad intelligendum, quod falsum est. Nam Christus Deus erat, & nihil unquam addiscere poterat, cum omnia sciret. Et quamquam dicatur Luca 3, quod Iesus proficiebat sapientia, & etate apud Deum, & homines, non intelligitur secundum rem, sed secundum apparentiam. Ad hoc autem, quod Christus sic videretur pro-

ficere in sapientia, non erat necessarium butyrum, & mel, sed si vere proficere debuisset. Non ergo concedendum est, quod comederit butyrum, & mel, ut sciret reprobare malum, & eligere bonum.

Ad hoc autem euidentius cognoscendum attendendum est, quoniam praeter sensum allegoricum, tropologicum, & anagogicum, qui vocantur tropici, vel mystici, & differunt a literali, aut historico, in sacra Scriptura, praecipue in prophetis, est quidam alius sensus, qui videtur esse allegoricus, tamen non est, sed est vere literalis, videtur tamen mysticus, quia non est, quod litera in cortice praefert, sed quidam longe distans, quia quem litera secundum corticem suum ibi facit non est literalis, sed parabolica, qui autem later sub cortice est historicus, vel literalis. Sic patet in libro Iudicum. c. 9. de parabola, quam posuit loatham de lignis silyue, scilicet vngentibus super se regem. Idem patet 4. Regum ca. 14. de cedro libani, & carduo, qui loquebantur ad inuicem. Simile patet Isaia. 11. vbi dicitur, quod leo paleas comedit, & lupus, & agnus accubabunt simul, & de ablactatis mittentibus manus suas in caernas regolorum. Hoc autem apud omnes prophetas vulgatissimum est, ita ut fere plura in parabolis, quam sine parabolis loquantur. Ea tamen, quae secundum parabolam profertur, non sunt secundum corticem literae accipienda, nec qui ea protulit sic intellexit, sed ad alium valde distantem sensum. Sic igitur hic in dictis Isaie quidam parabolicae modus assumendus est, ut non sit sensus, quod Christus butyrum, & mel comedere debuisset, ut sciret reprobare malum, & eligere bonum, sed aliquid alterum importent. Pro quo sciendum est, quod sensus Prophetae est, quod Christus, de quo litera ista intelligitur, esset nimis intelligens, & differenter ab omnibus alijs, quia alij erant puri homines, ipse autem Deus, & homo erat, quod designat Emmanuel, sicut in praecedentibus dictum est. Et quemadmodum Deus omnia nouit, ita et Emmanuel omnia cognosciturus erat, & ut hoc signaret posita fuerunt de eo quaedam signa, secundum quae alij homines ad sciendum disponunt, scilicet comedere mel, & butyrum, ita ut intelligatur butyrum, & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum, id est valde erit sciens eligere bonum, & reprobare malum, ac si comedisset multum de melle, & butyro.

Ad hoc autem aduertendum est, quod magis, aut minus acutius, aut hebetius intelligere prouenit ex acumine intellectus, acumen autem intellectus consistit in duobus, primo in quodam lumine intellectus agentis, secundo in dispositione organorum phantasticorum subseruientium intellectui. Lumen intellectus agentis dicitur quaedam virtus, secundum quam intellectus noster se reducit de esse in potentia ad intelligendum ad actualiter esse intelligentem secundum Aristotelem 3. de Anima, s. intellectus agens est quo omnia facere, intellectus possibilis est, quo omnia fieri. Ista virtus, secundum quam intellectus noster, qui est totus idem sibi numero reducit se ad actum intelligendi, est in quibusdam maior, in quibusdam minor. Et sic potest homo magis se reducere, & facilius, vel minus difficiliusque. Istud autem lumen intellectus agentis non efficitur in nobis maius per aliam quam dispositionem corporalem, quia ipsa est pure spirituale. Nec ad hoc proficit diuersitas alimentorum, aut aliquid alterius exterioris sumptum, sed Deus est, qui potest dare nobis maius intellectus agentis lumen. Alterum, secundum quod homo habet ingenium acutius ad magis intelligendum, vel minus facilius, vel difficilius, est ipsa dispositio quaedam organorum, quae praesupponit, & coexistit intellectus ad actum

lumen.

sum, non quod intellectus noster sit aliqua virtus corporea, vel vnita specialiter alicui parti corporis, sed potentie organice sensitiue, nec consequens vniversaliter, aut particulariter complexionem corporis, cum sit substantia pure spiritualis, sed requirit organa ad operationem, ut per ea suscipiat species. Nam anima nostra cum sit minor in perfectione inter omnes substantias intelligentes, non est plena formis, sicut ceterae intelligentiae, sed oportet, ut si intelligere debet, quod medicet ab extra species, per quas intelligat ab ipsis rebus susceptis. Et hoc fieri non potuit sine organis, quae sunt instrumenta quaedam potentialiumque operantis sentiendi. Et cum ista organa instrumenta sint ad agendum, oportet, ut ad hoc quod aliquid conuenienter fiat organa sint disposita, sicut in ceteris generibus artificiorum. Nam si artifex habuerit indispota instrumenta artis suae, non poterit conuenienter per illa operari. Intellectus igitur cum non habuerit organa disposita, quae praesupponuntur ad hoc, quod ipse operetur, non poterit conuenienter intelligere. Habet autem intellectus duplicia organa, quorum operationem praesupponit. Quaedam sunt ad assumendas species rerum, alia sunt ad agendum simul cum intellectu. Prima sunt organa sensitiua quinquae sensuum corporis, s. visus auditus, &c. In his enim intellectus requirit dispositionem, & existentiam. Dico autem existentiam, quoniam si aliquid istorum sensitiuorum organorum deficiat, non habemus species rerum intelligibilium illius generis. Sicut si deficiat visus non habebimus aliquam speciem visuum, nec intelligere poterimus aliquem colorem, aut figuram rei quante, quae simul apprehenditur cum colore, sicut ceci nati non iudicant de coloribus, sicut enim Aristot. ait in 1. Posterior. necesse est illa scientia carere, cuius sensu, & organo caremus. Et sicut ad intelligentiam requiruntur organa, non quidem, quod per ipsa intelligat intellectus noster, sicut per oculos videt, & per aurem audit, sed ut per illa species habeatur, ita requiritur dispositio organorum conueniens, ut conuenienter intelligamus. Nam si fuerint organa indispota non suscipient species conuenienter, & intellectus noster non poterit bene intelligere per illas species, sicut patet de illis, qui patiuntur ophthalmiam in oculis, quoniam non bene iudicant de visibilibus. Nam omnia, quae videntur apparent eis alba, & sic iudicare intellectus omnia ista alba, in quo est error. Idem etiam de his, qui patiuntur disturbationem in gustu propter aliquam infectionem humorum, quoniam non bene iudicant de speciebus saporum, sicut ait Aristot. Ethicorum libro nono. Requiritur ergo dispositio organorum istorum, per quae suscipitur species ad hoc, quod intellectus noster bene se habeat in intelligendo.

Alia autem sunt organa, quae adhuc magis necessaria sunt ad intelligere, & ista sunt organa, vel sensus interiores, scilicet sensus communis, imaginatiua, phantastica, existimatiua, & memoratiua, inter quae praecipuum organum subseruientis intellectui ipsa phantasia, & haec differentius ceteris necessaria est intellectui. Nam alia organa exteriora, scilicet organum visus &c. quamquam necessaria sunt ad hoc, quod aliquid intelligat, tamen non sunt necessaria cum intellectu actualiter intelligit, scilicet quod ad hoc, quod aliquid habeat actum intelligendi de homine, vel albedine, oportet, quod hominem viderit, vel albedinem, non tamen est necessarium, quod actualiter hominem, vel albedinem videat, sed sufficiens est, quod aliquo tempore viderit. In phantasia autem aliter est, quia ad intelligendum aliquid necessarium est, ut potentiam phantasticam habeamus, & aliquas spe-

cies in ea habeamus. Et non sufficit, quod aliquando accepimus speciem phantasticam, sed requiritur, ut tunc eam habeamus, & intellectus super eam actualiter conuertatur. Sic enim ait Aristoteles tertio de Anima: Oportet intelligentem circa phantasmata speculari, id est quod ille, qui debet actualiter intelligere necessarium est, ut speculetur, id est, ut actualiter conuertatur ad phantasmata, id est species existentes in phantasia. Apparet hoc, nam si aliquis aliquo tempore vidit albedinem, & nunc claudit oculos, poterit intelligere albedinem non videndo eam, sicut de illo, qui aliquo tempore fuit videns, & postea excecatus, quoniam iudicabit postea de albedine, & nigredine, nisi multa tempora transierint, in quibus illae species deleantur. Non est autem sic de phantastica potentia. Nam si aliquis habet in potentia phantastica aliquas species, poterit per illas actualiter intelligere, si tamen efficiatur ebrius, vel dormiens, non poterit intelligere per illas species, quamuis intellexerit aliquando per illas, cuius causa est, quod per fumos ascendentes in somno, vel ebrietate ex vino ad cerebrum, tunc cellula phantastica disturbatur, & species ibi manentes confunduntur, ita ut per eas nulla, aut valde distorta intellectio fiat. Sunt igitur organa interiora, ut ipse phantastica potentia magis necessaria, & magis connaturalia ad actum intelligendi, quam organa exteriora, scilicet sensitiua. Et cum in his omnibus dispositio requiratur, quaedam magis necessaria in phantasia requiritur, quam in ceteris, quoniam cetera organa ad specierum susceptionem operantur, phantasia autem prodest ad actum intelligendi. Et, quando cerebrum alicuius est bene dispositum, ita ut phantasticum organum bene se habeat, dicitur iste totaliter bene dispositus ad intelligendum, & tales homines sunt valde naturaliter ingeniosi ad speculabilia secundum gradum maioris, vel minoris dispositionis organi phantastici. Unde si Deus alicui vult dare donum naturalis ingenij, ut excellentius intelligat super alios homines, dat ei organum phantasticum valde bene dispositum, & hoc sufficit. Et quia istud organum phantasticum est corporeum, disponitur bene, vel male per aliqua naturalia agentia, scilicet secundum conditionem feminis patris, & matris, secundum quod sunt temperata, vel distemperata, quoniam ex his causatur. Dispositio etiam ex qualitate loci generationis. Ideo homines nati in quibusdam terris sunt acutiores ingenio alijs, sicut declarat Aristot. 7. Politicorum. Dispositio etiam ad hoc qualitas temporis, & aspectus aetorum tempore generationis, & natiuitatis. Iustum namque differt in tali, vel tali tempore natus esse. Dispositio etiam ad hoc ciborum qualitas, & hoc multum agit, quoniam immutat qualitas ciborum corporis nutriti qualitate, ideo, secundum quod cibi fuerint, ita necesse est alterari corporis qualitate, & consequenter ipsum phantasticum organum, cum corporeum sit. Ob hoc ceteris partibus necesse est eos, qui melioribus nutriuntur cibis, acutioris esse ingenij, & minus impeditos in operationibus phantasticis. Sic autem est de melle, & butyro. Nam cum ista temperate, & conuenienti sumantur tempore, valde mudificant, & phantasticum organum disponunt, ideo ad acumen ingenij satis conuenientia sunt. Et, quia ista ad hanc ingenij bonam cooperantur dispositionem, dicimus de eis, qui viuaces sunt, mel, & butyrum comedisse, ut si arguatur prius ex posteriori, aut causa aliqua in effectu. In Christo autem sic erat, quod ipse erat magis intelligens omnibus, cum verus Deus esset, ideo videbatur mel, & butyrum comedisse.

Dicitur autem, ut sciat reprobare malum, & eligere

Inquisitio  
2. huius  
operis. s.  
quomodo  
intelligi  
debeat,  
quod sub  
intulit  
propheta,  
scilicet  
butyrum,  
& mel  
comedet.

Et non, quod  
sic fuit  
isto beato  
Alphonso  
Abulen.  
habuit. n.  
caput gra-  
de, & ce-  
rebrum  
magnum.

# Super illud Isaia,

gere bonum, quia hoc ad quoddam acumen intellectus pertinet. Nam sicut acumen circa intelligibilia pertinet ad intellectum, ita & circa agibilia. Scire autem eligere bonum, & reprobare malum, pertinet ad quandam vim intellectus practici, quae uocatur demotica secundum Aristotelem Ethicorum lib. 6. &

secundum hanc sumus prudentes, uel astuti, idem etiam intelligitur de intellectu speculativo. Nam cum organa phantastica sint conuenienter disposita, ita ut secundum hoc aliquis habeat acumen ingenij ad sciendum bonum, & reprobare malum, habebit etiam ad speculabilia, ut in eis conuenienter intelligat.

*Finis Opusculi Alphonsi Tost. Super Ecce Virgo concipiet, &c.*



## ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI APULENSIS Contra Clericos Concupinos.

O P V S C V L V M.



**Q**UONIAM ubi maius periculum vertitur, <sup>a</sup> ubi cautius est agendum, ut in c. ubi maius est ele. li. 6. Et quia peccatis exigentibus modernis temporibus multi quaerunt conscientiam, & pauci conscientiam, teste beato Bernardo in lib. de Conscientia. inquiruntque; nonnulli excusationem suorum delictorum per aliorum comparationem secundum criminum attenuationem, atque de facili conformant sibi conscientias aliquorum suis voluntatibus sententias applicando doctorum. Quae bona, vel bene scripserint, non est aliquatenus ambigendum respectu fontalis principij, intentionis videlicet, quod opus qualificat, & denominat, secundum patrum sententiam I. dist. quis. Sed quia in dubijs, quod tutius est tenere; & eligere debemus, ut in c. iuueni. cum concord. de sponsa. & in foro conscientiae creditur securius, quod creditur magis Deo placere, siue quod minus distat a veritate, vel magis a periculo: praesertim quia intentio bona non excusat malum opus. I. q. 1. non est. Ideo in factis, in quibus periculum vertitur a peccato, magis reor standum

Alph. Tost. Contra cler. concubinar.

**A** patrum ac doctorum sententias, qui in partem tutiorem declinare<sup>b</sup> videntur. Quapropter infra scriptas conclusiones secundum sententias doctorum, & determinationes iurium sacrosanctae Ecclesiae in materia clericorum concubinariorum committare decreui, quas tam in principali quam in incidentibus, & omnibus, & singulis determinationi sacrosanctae Romanae Ecclesiae, & cuiuslibet, ad quem quomodolibet poterit pertinere iudicio, & examine corrigenda submitto.

**C** Intra corpus militantis Ecclesiae pleraque; incommoda sequi, praecipue spiritualia, quae iam sunt maiora 22. q. 1. duo, quia pervenire certum est ex detestabili vita maculata sacerdotum, qui in crimen fornicationis, & concubinarum notorie persistere non verentur, nemo sane minus ignorat. **B** Videntur. Unde Hen. in c. 1. de observatio. ieiun. dicit quod in illis, in quibus vertitur periculum aeternae, non quod equius, vel mitius, sed quod tutius est ipsi aeternae interpretari debemus. De presb. non ordi. c. veniens 50. dist. poterit in fi. & ca. eos, & nota de spon. ca. iuuenis. fm Ho. & Io. An.

PRIMA CONCLUSIO.

**C**lerici concubinarum notorii, scilicet, quorum crimen concubinae est ita notorium per sententiam, vel confessionem

in iu.

**E** Crimen &c. Idem si sit clericus iuuenis, qui habet iuvenem foeminam in domo quotidie, & notorie ad mensam. Nam talis, licet dicatur fornicator praesumptus, tamen debet vitari, ut ipse no. in summa. de cohabit. clerico. & mulie. §. & qualiter, verif. scripsit autem, idem videtur Hen. tenere in c. si quisquam sacerdotum, de coha. cleri. & mulie. dist. 1.

A

in iure factam, vel per rei euidenciam talem, scilicet, quod nulla tergiuerfatione celeri potest, vt quia omnibus in iure, vel in castro commorantibus est notorium, quod capellanus habet concubinam in lecto, vel in mensa, vel filios, vel filias, alias quomodocumque possit notorie certitudo haberi de sua manifesta fornicatione: talis est suspensus<sup>a</sup> ipso iure, quoad se, & quoad alios, vt in cap. quæsitum. de cohabit. cleric. & mulier. & ibi Doct.<sup>b</sup> De hoc nemine discrepante. Idem Visianus, & Lo. & Bar. & Guliel. in cap. nullus. 3. 2. dist. c. præter hæc, quod vitari habent ex quo crimen est notorium.

<sup>a</sup> Ipso iure. Idem Petrus Braco. in repertorio in verbo concubinas addit. si tales post admonitionem concubinas non deserunt, ipso iure sunt priuati. Vincen. 81. dist. Archid. cum Glo. & Ioan. & Guliel. idem tenet de Ioan. de Ligno, in c. si autem, de vita, & honestate clerico. vbi dicit, quod notorius fornicator est suspensus quantum ad se, & quantum ad alios, idem Hen. in c. si celebrat. de cler. ex ministrante. Nota, quod clericus existens in peccato mortali non repellitur a promotione. est tex. in ca. ex parte. de tempo. or. glo. in c. sicut nostris. de iure iu. quod non habet locum in clerico publico concubinario. Est extraneus de hoc, que incipit. Speciosus. de qua semper fit mentio in qua liber collatione ecclesiastici beneficii.

<sup>b</sup> De hoc nemine. Item Io. An. in nouella, in ca. si celebrat. de cler. ex. 4. in glo. idem videtur tenere de notorio ad medium glo. dicit sic. cum igitur simoniaci, & notorii fornicatores suspensi sint ab officio. quoad se, & quoad alios, & propter crimen, licet accusare. 32. dist. §. verum, restat secundum Ho. quod si celebrant incurrunt irregularitatem, & etiam post penitentiam non debent celebrare, donec cum eis per se dem Apostolicam dispensetur. idem ibi Hen. & quoad suspensionem, & quoad irregularitatem.

SECUNDA CONCLUSIO.

**C**lericus in mortali existens peccato, peccat mortaliter quandoque aliquem facit actum circa diuina. puta tangendo & tractando sacramenta, etiam sine apparatu, & ingerendo se diuinis, nisi primo confitetur. Hæc est sententia Theologorum signanter S. Tho. 3. parte Summæ. q. 64. artic. 6. & aliorum ad idem. 4. Senten. distinct. 24.

<sup>a</sup> Etiam sine apparatu. Quod iste sacerdos in mortali existens peccato peccat mortaliter exequendo ordinem suum. Probat Deute. 16. quod iustum est exequeris ex qua lege diuina concluditur, quod interdicta est sibi executio, nisi sancte, & iuste, & impollute pertractet, quæ sancta sunt. Immo talis sacerdos est velut blasphemus, & deceptor secundum beatum Dionysium in Epistola ad Demophilum, ex quo indignum officium exequitur, & sic mortaliter peccat quoties huiusmodi actum faciunt. Hæc est conclusio S. Tho. 4. Senten. dist. 24. vnde dicit beatus Dionysius

c. 1. Ecclesiasticæ hierarchiæ. Immundis symbola, id est sacramentalia. Secus autem esset, si in aliqua necessitate aliquod sacramentum rangeret, vel exequeretur in casu, in quo laicis esset licitum, sicut baptizare in articulo necessitatis, vel si corpus Christi in terram proiectum colligit, & hæc etiam est conclusio Abbatis, & Ray. & Ber. in casibus inferius assignatis. scriptum namque est. Sacerdos in quacunque macula fuerit, non accedat offerre oblationem Deo, vt in c. sacerdotes 1. q. 1. & Leui. 21. Vnde, sicut bonus minister comparatur Paulo, ita indignus comparatur diabolo in omnibus, in quibus exequitur suum officium, licet gratia non valeat impedire quantum est in se, vt in ca. si fuerit 1. q. 1. & talis sacerdos indignissimus, & vilissimus a Deo, & hominibus reputatur, qui indigne, & pollute tractat diuina sacramenta. Vnde tex. 1. q. 1. vilissimus computandus, nisi præcellat scientia, & sanctitate que est honore præstantior.

<sup>b</sup> Nota, quod alij criminosi, scilicet adulteri, fures, periuri, & huiusmodi, licet propter peccatum non debeant celebrare quando sunt in peccato, tamen nexibus constitutionum non habent ligatam executionem sui ordinis, quoniam quantumcumque egerint penitentiam sine alia reconciliatione liceat eis exequi suum ordinem, salu tamen distinctione, quam nota. in c. ex tempore de tempo. ordinatio. Idem videtur dicendum de excommunicatis occultis, & de alijs huiusmodi, quod quando uiderantur ab Ecclesia, executionem ordinis conferunt. arti. 6. q. 5. c. 2. & 1. q. 1. Christus. hæc omnia per Innoc. in c. 1. de schisma.

TERCIA CONCLUSIO.

**A**udientes<sup>a</sup> Missam notorii concubinario<sup>b</sup> peccat mortaliter, nec excusantur,

<sup>a</sup> Quod audientes. Statim cum reliquerit concubinam eius missam audire possumus. Sed idem dicit Archidia. in ca. propter hoc 32. dist. 7. Inno. in c. sicut. de cohabit. cler. & multi dicunt pena iuris cessasse si sacerdos cesset a peccato, quantum ad hoc, vt alij possint audire eorum officia, ipse tamen non debet celebrare sine dispensatione, & absolutione, ex quo notum fuit crimen eius. De qua materia vide late per Spec. de off. del. §. iuxta propositionis. Idem sentit Ho. de simo. e. tanta. & de sententia ex. cum medicinalis, quod notorius fornicator quantumcumque penitentiam agat, nunquam celebrare debet ante obtentam a se de apostolica absolutionem; alioquin contrahit irregularitatem. Hæc Archidia. in c. ad hæc 32. dist. quod idem Io. de Lig. in ca. autem.

<sup>b</sup> Peccant. Probat etiam audientes peccare mortaliter postquam fuerint de iure prohibitionem informati: qui enim prohibitionem canonicam ex contemptu transgreditur, efficitur anathema vt in c. si quis orationem 1. q. 6. quoniam blasphemare sanctum Spiritum videtur, qui contra canones non necessitate compulsus, sed voluntarie, aut proterue agit, aut loqui præsumit, aut facere volentibus consentit. Talis enim præsumptio manifeste vnum genus est, blasphematum Spiritum sanctum, cuius dono dictati sunt sacra canones. Hæc sunt verba illius c. violatores, 25. q. 1. c. Mortaliter. In hoc etiam concordat Dom. Fran. de Zaba. vt iuris monarcha Cardinalis, de coha. cler. c. quæsitum, dicens in prima sui q. quam ponit in hac materia, quod est prohibendum sub pena peccati mortalis audire diuina officia, & percipere sacramenta a simoniacis, & notorijs fornicatoribus altero de tribus modis. Quod fallit secundum ipsum de baptismo, & penitentia, & Eucharistia, & mortis necessitate.

te. Et secundum Inno. & Ho. de here. in ea. fraternitatis. repent, quod ab istis fornicarijs non debent recipi sacramenta, & sunt inobedientes constitutionibus Ecclesiæ, qui ab eis recipiunt, sed in necessitate, licet eis sit licitum Eucharistia alijs tradere, non possunt confiteri, nec possunt extremam vnctionem in articulo mortis alicui conferre, cum sit generalis prohibitio. & sic patet, quod sunt, & in necessitate suspensi a collatione sacramentorum præter illa concessa superius. Hæc Inno. & Ho. Et tenet ipse Fran. ibi, quod hoc sit prohibitum tam concubinarum quam filijs ipsius presbyteri, dum tamen in apparatu, alias non.

Etiam Ecclesia statuit eos vitare propter eorum correptionem, & periculum, quod imminet animabus, vt tollitur, & nota in dicto cap. vestra, & ca. quæsitum. Grauius ergo peccaret, si sacrosanctæ matris Ecclesiæ sanctio conteneretur, si hoc medicinale genus vitandum in proximum publice delinquentem, quæ est ab Ecclesia institutum quæstionis modo scienter, vel ex affectata ignorantia, quæ dolo comparatur, omitteretur: cum sit medicina omnis namque pena secundum philosophum in 4. Ethi. & nota in cap. cum medicinalis. de senten. ex. libro 6. Est medicinalis, quæ a fidelibus sine periculo animarum non potest omitti, quia est medicinale. Quod est bene aduertendum. Istud

<sup>a</sup> Officia. Quod audiens missam publici concubinario certificatus de prohibitione Ecclesiæ peccat mortaliter. Probat ille, qui accipit medicinam ab aliquo infirmo ex cuius oblatione sequitur mors corporalis peccat mortaliter: patet quia facit contra præceptum, de qua loquitur. Non occides, sed quicumque auferit à tali sacerdote hæc penam, si non audire eius missam auferit sibi medicinam. vt peccandi licentia ceteris auferatur, & ad penitentiam fructum trahatur, vt in ca. vestra, de cohabit. cleric. & mulier. Quod penam sint medicinalis, patet secundum philosophum lib. Ethi. ex qua oblatione sequitur mors corporalis secunda, quæ est deterior quam prima, cum sit sempiterna, vt dicit beatus August. talis peccat mortaliter. Ista etiam conclusio patet ex decretis posit. 32. dist. nullus. 81. dist. si qui sunt, vbi grauissimè peccare censentur transgressores. Item quod talis peccet mortaliter probatur: ille, qui præceptum transgreditur, peccat mortaliter: sed ille, qui audit à tali missam, præceptum transgreditur ergo mortaliter peccat. Et hoc probatur distinct. c. per hæc, vbi dicitur: Hæc autem præcipiendo mandamus, vt nullus audiat missam sacerdotis, quem scit indubitanter concubinam habere. Hæc etiam est constitutio sancti Thomæ 4. Sent. dist. 13. artic. 3. q. 3. b. Accedunt. Super hoc articulo, siue argumento idem sentit quantum ad vitiationem faciendam dom. Fran. Patriarcha de ordine Minorum in libro, qui intitulatur Christianus, parte secunda. videlicet, quando crimen est notorium omnino.

<sup>c</sup> Ecclesiæ. Dicit Ioan. de Lig. post Innoc. in c. si autem, de vita & honestate cler. quod non solum ab officio sacerdotali, sed etiam inferiorum clericorum est abstinenti, & non solum à missa, sed etiam ab inferioribus officijs: immo nec beneficium habebit, nec cum alijs sedebit, & sic electionibus non intererit, & loquitur de notorio fornicatore.

<sup>d</sup> Animabus. Ricardus de media villa. 4. Senten. dist. 13. 23. tenet, quod non licet alicui recipere sacramentum Eucharistia à publico fornicatore, & S. Thom. 4. Senten. dist. 13. & 9. tenet, quod Ecclesia prohibet ab istis sacramenta recipere, & quod peccant ab eis recipientes, nec consequuntur gratiam.

<sup>e</sup> Medicinalis. Iuste penitentia sunt, & iam secundum Aug. 5. 83. q. omnis penitentia est inducta, vt per eam omnes homines reducatur ad bonum virtutis. Idem Nicolaus de Lyra super c. 1. ad Romanos.

Istud enim non est scandalum si parochiani zelo fidei successi, & ad salutem animæ suæ, presbyter auctoritate Ecclesiæ quantum in hoc casu iura eis concedunt, nō propria presumptione ipsum publice fornicantē vitent, quia vitando miserentur, non vitando deseruiunt in suum, & illius præiudicium, seu detrimentum, quod sit scandalum clarum, est fulcimentum, quia vtilius scandalum nasci permittitur quam veritas relinquatur. Et in capit. qui scandalizauerit. de regu. iuris. Est enim conclusio doct. ibi, & Canonistarum & Theologorum. vbi de scandalo agitur q̄ veritas vitæ, etiam si sit scandalum, non est relinquenda, signāter in his, quæ sunt de necessitate salutis, vt est in hoc casu obedire præceptis Ecclesiæ, & prælatorum. Istud enim est de necessitate consequendæ salutis, vt est secundum sanctum Thom. Secunda Secundæ. quæst. 4. arti. septimo. idem Dom. Nicolaus de Lyra super Io. capit. 13. & idem Henr. in cap. cum ex iniuncto, de noui operis nunc. Quoniam ista est veritas vite, quoad parochianos prædictos, quæ nisi ex reuelatione diuina, non est dimittenda. Ex quo enim aliquid præcipitur ab Ecclesia, vel prælato, licet alias citra præceptum, efficitur de necessitate salutis. Hæc est sententia Dom. Nicolai de Lyra. super Ioan. ca. 13. super illo verbo. nisi lauero tibi pedes, quod est notandum ad intelligendum quam implendum sit præceptum Ecclesiæ & prælatorum.

a Salutis. Contemptus igitur præcepti Ecclesiæ verus, vel putatiuus causat peccatum mortale. Henr. de celebr. Missæ. cap. dolentes.

QUARTA CONCLUSIO.

**E**X quo sacerdos est publicus concubiniarius vno de tribus modis, vt in cap. alleg. quæsitum. propria auctoritate non expectata superioris licentia, vel sententia, licet subditis ab eo recedere, & eum vitare, tam in auditione diuinorum, quam susceptione sacramentorum, ex quo iura licentiant eos. Hæc est conclusio dom. Fran. de Zabar. vtriusque iuris Doctoris famosissimi Cardinalis, & Dom. Io. Cal. in c. vestra, & aliorum sequacium. nec obstat cap. suscitantibus. 15. quæst. si. & cap. nonne. 10. q̄o. vlti. quod licet videantur loqui in illo, qui in crimine deprehenditur, non tamen in notorio illo, scilicet genere notorietatis, de qua lo-

quuntur iura in proposito presentis materie quod specialius est introductum a iure in odium incontinentium clericorum secundū Hug. & Guliel. in c. alle. si qui sunt presbyteri. Istud etiam probatur. scilicet deuitandi istos fornicatores notorios in diuinis ex. c. vestra, vt manifestè nobis conclusio elicitur. scilicet quod quādiu ab Ecclesia tolerantur, & non habent rei euidentiam &c. Ab Ecclesia tolerantur duobus modis. Primo modo si crimen est omnino occultum. Secundo modo si penè est occultū, vt quia aliqui sciunt, sed non est diuulgatū, alias non tolerantur ab Ecclesia. Item ad veritatē copulatiuē scdm dialecticos requiritur, q̄ vtraq; pars sit vera, aliter tota copulatiua esset falsa: cum ergo tex. ponat copulatiuē hæc verba, scilicet quādiu tolerantur,

a Non expectata. Illud autem quod aliqui fingunt quod debeat in notorio præcedere monitio, salua eorum reuerentia, nihil est: quia nec iure cauetur, nec ratione fulcitur: immo totum oppositum est iudicium, & est vera conclusio. Et quod non requiratur monitio, nec sententia. glo. in cap. sacerdotes 2. quæst. 7. sic dicit. si prælati sunt hæretici, vel excommunicati, vel simoniaci, vel notorii fornicatores, tunc potest recedere ab eis ante sententiam. Cū igitur tex. in c. vestra. de cohabi. cler. dicat indubitanter teneat, nō oportet de iure amplius dubitare, ex quo crimina hnt operis euidentia.

b Recedere. Vnde Hug. in cap. si qui sunt presbyteri 81. di. dicit, quod prædictum c. si qui sunt, & illa 32. di. nullus, & propter hoc sunt late sententia: quoad suspensionē, & ideo si presbyteri recipiant tales subditi sua auctoritate possunt se remouere ab eorum officio non expectata alia sententia, licet forte episcopus toleret eos. Sit. n. i. a. suspēsi a Dño Papa ipso iure. Ar. in alle. c. si qui sunt. psbyteri. Id. & Tho. l. t. Hen. in c. v. ad finē de cohabi. cle. & mul. tener opin. Inn. dicitis generaliter, q̄ suspēsum a iure tm̄ et sine sententia hois, si crimina p̄ q̄bus ius eos suspēdit ab officio, vel a quocunque alio actu sunt nota p̄ euidentia facti cuiuscunque, licet eos vitare in his, q̄ eis interdicta sunt, licet adhuc fecus si crimina sint occulta quantumcumq; sint graua, vt simonia, & homicidium, q̄ in talibus vitari nō debent in his, quæ ab eis recipi debent de iure. idem Archidiaconus in capitu. sacerdotes. 2. quæstio. 7.

c Eos. Idem per omnia Ioan. And. in Nouella. in c. vestra, de cohabi. cler. & mulie. in verbo, euidentiam, glo. quæ incipit hoc generale, idem Ioan. de Lig. ibi. d. Fornicatores. Io. de Lig. in c. si aut, de vita & hone. cler. dicit sic, licet quis possit sua auctoritate recedere ab officio publici fornicatoris, pot̄ et p̄cedi q̄ eū via ordinaria, p̄ q̄ et alia pœna imponunt. Et sic ex eadē sententia clare patet, q̄ notorius fornicator, pot̄ de iure dupliciter puniri. Primò qa non expectata sententia, & absq; alia hois monitione debet vitari. Scdo, q̄ et via ordinaria potest q̄ eum procedi ad alias pœnas. quod est bene notandum. Ioan. And. in c. quæsitum, de præpo. ord. in nouella tenet, q̄ p̄ quolibet p̄co mortali notorio, licet subditis à p̄p̄rijs sacerdotibus abstinere f̄ officijs. idē D. An. in c. alle. vestra. in repetitione ipsius c. Nota hic, quod duobus modis tolerat Ecclesia aliquod peccatum, de quibus hic habes.

rantur, & non habent operis euidentia, constat liquido, quod licet tolerantur, si habent operis euidentiam, nec diuina sunt audienda, nec sacramenta sumenda, vt dicit Glo. in cap. vestra, quod in notorio facto, vel cum sunt in iure confessi, vel cum sunt condemnati, sunt eorum officia respuenda. Esset tamen populus informandus, quod hoc ideo fit, vt presbyteri ad fructum pœnitentiæ facilius inducantur, & quod hæc intentio sit Ecclesiæ iura condentis, & vt sacrificia non respuantur tanquam inania, vel indigna, sed respuantur indirectè tāquam ab indignis, & sceleratis ministris temerariè oblata. Item istud verbum, quod dicitur: Sed quādiu ab Ecclesia tolerantur, intelligi debet, scilicet, a communionem fidelium, quæ est in Ecclesia, & non ab episcopo, vel officialibus, quia illi non sunt Ecclesia: sed membra Ecclesiæ. De quo satis per Glo. & Doct. in capitu. finali. ne prælati vi. su. Clarè etiam hoc elicitur ex sententia sancti Thomæ in tertia parte Summæ, quæstio. 64. articu. sexto loquendo in ista materia, vbi determinatè tenet, quod iste, qui recipit sacramenta a sacerdo-

a Euidentiam. In ista materia ius non facit differentiam, immo in totum parificat esse confessum in iudicio, vel condemnatum per sententia, vel habere operis euidentiam, quæ non possit aliquatenus tergiversari. Sicut ergo non requiritur alia monitio, si clericus condemnatus esset de crimine, ita neque de iure requiritur alia sententia, vel monitio, vel nunciatio, vbi ad est operis euidentia. De quo in capitu. quæsitum. de cohabi. cler. & mulie. quod in nullo aliorum triū casuum ibi determinantur facit distinctionem. vnde sanctus Tho. in quadam quæst. de Quolibet tenet, quod etiam si tales sustineantur a prælatu nō propterea excusantur, quia hoc, vel propter negligentiam, vel propter miseriam, vel propter defectum prælatorum, qui non sunt ausi corrigere alios, cum in se multa corrigenda committant, aliquādo propter timorē: vnde propter hoc non excusantur. Hoc sanctus Tho.

Item de mente Ioan. An. in capitu. vestra. de cohabi. cler. est, quod nō requiratur monitio in notorio fornicatore. Est etiam sententia Do. Inno. in capitu. tanta. de simonia. sic, quod simoniacus in ordine ad hoc, q̄ vitetur, non requiratur alia sententia. Idem in publico concubinario. Et huius sententiæ est Rainaldus in simili libro ti. 7. qui dicit, quod sunt vitandi etiam si tolerantur a suis prælatu. Et sic concludit generaliter in hac materia, quod denegatur eis Missa, & eadem ratione omnes alij ordines, & per consequens omnia alia sacramenta. Et non solum presbyteris, sed etiam clericis cuiuscunque ordinis secundum Inno. & alij possunt eis denegare suam euidentiam, nō solum de licetia iuris, sed virtute interdicti Ecclesiæ, & eadem ratione alia iura ecclesiastica, vt nota. Inno. & Ioan. An. de deci. ca. tua, & de resti. spo. in literis. Hoc Ioan. Alph. Toft. Contra cler. concubinar.

A de Lig. in capitu. vestra. de coha. cler. Et licet aliqui pauci doct. teneat, quod requiratur prius monitio, tamen plures, & solenniores, & magis approbati, etiam moderniores Theologi, & Canonistæ tenent indistincte, q̄ nulla requiratur monitio. Vehementer igitur admiror cum qua scientia potest quis secure dematizare contrariū, & conscientia habere securam, cū iura sint clara, & doctores plurimi, & vniformes. Credo indubitanter, q̄ est periculosa, & non iuridica cōtraria oppositio. Non obstat ca. consulendi. 28. disti. vbi dicitur de presbyteris. Vos qui laici estis, nec iudicandum est, nec de eorum vita quidquid illud est, sic seruandum. Nam dico, quod isti, siue laici sint, siue alij, gtales concubinarios vitare faciunt, non ex proprio iudicio, quod esset temerarium, vt in capitu. intelligitur, sed faciunt iuris licentia, vt in capitu. quæsitum, de cohabi. cleric. & mulie. Immo verius iuris necessitate, cum iuri obedire tenentur, quod eis necessitatē euitandi imponit, vt in capitu. si qui sunt presbyteri 81. disti. & sic est in hac materia perspicuum. Vnde vt Cyprianus ait Ecclesia non est aliud, nisi fidelium multitudo fide, & charitate vnita, ita quod vna est mater ecclesia, cuius plures sumus filij, sicut plures sunt radij, sed vnum lumen. De qua auctoritate. 10. q. 1. c. loquitur, & ibi de hoc.

b Audienda. Item licet de iure nullus debeat contempto suo parochiali presbytero audire diebus Dominicis Missam in alia Ecclesia saltem votiua, tamen secundum sententiam Ioan. de Lign. notorius fornicator, & præcisus ab ecclesia possunt contemni. & hoc dicit de mente dom. Ioan. de Lign. & Host. in ca. 2. de parochi.

c Ab indignis. Bonauentura 4. Senten. dist. 13. q. 4. dicit, quod quorundā Missæ audiri prohibentur, & hoc in pœnam peccati eorum, quia non sunt digni conficere, & si conficiant, non sunt digni audiri. Alia ratio est, vt confusi de culpa redeant ad gratiam. Tertia ratio est, vt alij retrahantur ab eorum imitatione. Vnde Host. est opus iustitiæ misericordiæ, & prouidentia. Dicit etiam ibi, quod quatuor genera hominum propter peccatum prohibentur audiri. scilicet hæretici, schismatici, simoniatici, & notorii fornicatores. Et dicuntur notorii per sententiam, vel per confessionem, vel per rei euidentiam. Voco per rei euidentiam quando factum est notorium, ita quod non indiget testibus, cū nulla possit tergiversatione celari. Hæc dicit Bonauentura.

d Tolerantur. Item immo. in cap. vestra, de cohabit. clerico. & scribit, q̄ non solum in istis, sed generaliter in omnibus suspēsis a iure locum habet, quod crimina, pro quibus eos suspendit necessaria sunt per facti euidentiam, quod cuiuscunque licet eos vitare in his, quæ sunt eis interdicta, licet ipsi suspēsi tolerantur a suis prælatu. dicit ibi Host. Io. Andr. & Henr. vltimo. ad idem ipse iuncto eo capitu. sicut dicit, quod quilibet sua auctoritate potest recedere ab officio publici fornicatoris. ad idem Innocen. Ioan. And. Host. in ca. tanta, de simon. & simoniacorum officia non debent audiri, etiam si nulla sententia seratur contra eos. Effense enim dicunt ipsi Doctores speciale in eis, sicut in notorijs fornicatoribus. Est enim conclusio domini Ant. de Butr. in repetitione, cap. consuluit, de iure patronat. quod non dicitur quis tolerari ex quo factum suum est notorium. & Henr. tenet, quod pœna capit. tanta, de simonia. extenditur ad oēs criminosos notorios, a quibus licet indistincte recedere, dicit Inno. quod si crimina, pro quibus clerici suspenduntur a iure sunt occulta quantumcumque sint graua, vt simonia, homicidium, & huiusmodi, tamen non debet recipi ab eis. Ita ipse nota. in cap. sacerdotes. 20. q. 7.



te peccatore, non peccat, nec communicat eius peccato, quandiu ab Ecclesia ipse sacerdos toleratur. Et sequitur: Qui accipit sacramentum Ecclesie, non accipit ab eo, inquam talis persona, sed in quantum est minister Ecclesie, & sic coicat Ecclesie. quae eum ministrum exhibet. Si vero ab Ecclesia non toleratur, puta quia degradatur, excommunicatur, suspenditur, peccat qui ab eo suscipit, & sic est perspicuum in hac materia, nomine Ecclesie non singulos praelatos, sed totam congregationem fidelium intellige: quae non tolerat istos concubenarios notorios in diuinis, sed eos manifeste danat, punit, & reprobatur, ut patet in iuribus in conclusionibus allegatis. Et quod nomine Ecclesie intelligatur fidelium unio facit. cap. firmiter, in §. vno, de summa Trini. clarius facit c. frequens, de excessibus praelatorum, in de. in §. verum, ubi dicit text. sic regularium, & saecularium praelatorum, & superditorum exemptorum, & non exemptorum: vna est vniuersalis Ecclesia. Sequitur ibi: Ut omnes qui eiusdem sunt corporis, vnus etiam sunt voluntatis, & sunt vinculo charitatis affecti. Et sic reuera iuris fictione omnes fideles tam praelati quam subditi intra corpus Ecclesie. Sed danare & reprobare constituti censent. Nec debet vitare, sed danare, & reprobare concubenarios a notorios ex quo corpus Ecclesie eos non tolerat in qua Ecclesia nulla est turpido, vel macula quam ad fidei vnitatem. Alias enim qui aliter sentiret quam corpus Ecclesie notaretur de turpitudine, quia turpis est pars, quae suo non congruit vniuerso. Item quod etiam vitet, & vitari mandet publice excommunicatos nemo sane mentis dubitat, qui iura nouit, & ratum de facto toleramus eos; verum tamen propter hoc etiam non intelligitur tolerare eos. Etiam sicut nomine Ecclesie intelligi debet tota vniuersalis fidelium sub vnico militandi capite. s. Romani Pontificis, in quo est tota auctoritas determinandi secundum Tho. 2. 2. q. 1. arti. 2. & 3. Et istam etiam quam Spiritus sanctus regit & ordinat, est impossibile errare secundum S. Tho. in quadam qd. de Quolibet. Et sic ista vniuersalis Ecclesia non tolerat notorios concubenarios, ex quo eos damnat, & beneficijs priuat, & a populis fidelibus sub grauibz penis vitandos imperat, & aliter

sentire non esset recti dogmatis introductorium. Item licet omnes nunc viuentes toleremus de facto aliquos haereticos vel schismaticos, tamen etiam non singulares praelati, sed omnium fidelium unio semper eos reprobatur, & damnatur.

Item quod in hac materia non intelligantur singulares praelati episcopi, vel alij nomine Ecclesie, sed vniuersalis Ecclesia. Etiam ultra supradicta cogit ratio, quae repugnat absurditatibus, quoniam quod Ecclesia Valentina non toleret concubenarios, ut quia de facto procedit contra eos has penas iuris irrogandas, & Ecclesia

toleta-  
a Notorios. Ad hoc clarius iste articulus cum sua virtute liquecat, ut de quo notat Bern. in sua glo. ordinaria, in c. cum non liceat, de pres. dicit, quod in crimine notorio fornicatoris, & simoniaci in ordine, potest recedi propria auctoritate. In alijs vero criminibus etiam si sint notoria, expectanda est sententia. id est Innoc. cap. per tuas. 2. de simonia, in ver. quod bene credimus. Necessarium dicit, quod simoniaticis, & fornicatoribus notorijs est speciale, quia etiam sine sententia licet ab eorum officijs recedere. Idem tenet ipse Innoc. in capit. 1. de schismat. quasi ad medium, in ver. illo. & sic isti Doctor. clare concludunt, quod non debet expectari sententia, sed cuiuslibet est licitum propria auctoritate eos vitare. Nam dicit ibi Bern. de praescrip. iure meo, & mea voluntate possum vitare eos si moniacos, & fornicatores, scilicet publicos, quia canon sic dicit, secus in alijs. Idem dicit Vincen. cum his concordat domin. Franc. de Zabar. in cap. quassitum de cohabit. clericorum. idem latius, & clarius Dom. Anton. de Butr. in capit. vestra. de cohabit. cleric. in sua repetitione solennissima. in vna appone, ubi proprie dicit, idem etiam si a suis superioribus, vel praelatis tales fornicarij tolerentur, cum ius eos non tollerent. Nam ut ipse dicit in pendentijs ex conscientia non attendimus errorem Ecclesie, quando de conscientia, & veritate informati sumus, in capit. inquisitioni. de sententia excommunicat. cuius cuncta laus, atque doctrina a tota irrefragabiliter amplectitur Italia.

b Nota. Quicumque enim scit aliquem depositum, excommunicatum, vel suspensum, dicunt quidam, quod quantumcunque sit occultum, nunquam ab eo sacramenta recipienda sunt: Arg. in capit. per tuas. 2. de simon. nisi baptismum & corpus Christi, ut nota. infra de haeret. capit. 2. Sed licet non debeamus recipere ab eis dum sunt occulti, ipsis tamen petentibus in publico dare tenemur. 1. quassit. prima. Christus, de consecr. distinct. 2. non prohibeatur, nec eos vitare in publico debemus. 6. quassit. 2. capit. 2. & 3. de offic. ordin. si sacerdos. Hoc totum & multa alia in cap. per tuas. 2. de simon. per Innoc.

c Nomine Ecclesie. Vnde Nicolaus de Lyra super Matthaeum. 16. capit. tenet, quod etiam non consistit in hominibus ratione potestatis, vel dignitatis Ecclesiasticae vel saecularis, quia multi principes, & summi pontifices, & alij inferiores inuenti sunt apostatae a fide, propter quod etiam consistit in illis personis, in quibus est notitia, & vera confessio fidei & veritatis. Et sic etiam ex vi vocabuli proprie assumitur pro congregatione iustorum.

toletana toleret eos, ut quia contra eos non procedit, sequeretur absurditas, videlicet quod ecclesia tolerat, & non tolerat concubenarios. Sed cum vtrouque sit par ratio vitandi eos, verius censetur nomine Ecclesie intelligi vniuersalem Ecclesiam, & non particularem, & tolerantia, & non tolerantia referri debent ad ius, & non ad factum.

a Toleret eos. Hac sententia videtur verior, & securior, & est communis opinio fere Theologorum, & Canonistarum, etiam modernorum. Nec est necessaria monitio, nec requiritur sententia expectati, nec reuelati si praelati in suis diocesis tolerent concubenarios, ex quo iura condemnant, non oportet querere excusationes in peccatis, quia etiam inter doctores de sub mensa quorum non digni sumus micam colligere, quod fuerunt habentes conscientiam nimis strictam, & istum iurium restrinxerunt. Alij vero habuerunt conscientiam suo modo informatam, & hilaerit. Quis enim non putat maximum illum doctorem eximium. Origenem eminentissimam fuisse scientiam? & tamen tantum misericordiam Dei relaxauit, ut dogmatizare auderet etiam daemones, aut reprobos homines post multa tempora in alio saeculo misericordiam habituros, & fuit tamen ipse condemnatus. De quo in ca. sancta Romana 15. distin. de quo oppositum recitat latius Nico. de Lyra ad Hebraeos 6. ca. hac praesupponit, ut nemo sibi querat Angelos, quia veritas simplex est, ac recta, & nescit orbitare; summe adiuuat, quia Curia Romana in foro penitentiali censet tales concubenarios fore esse irregulares, & reseruat sibi dispensationem. Et quia Archidia. oppo. ponit in alle. c. nullus. aliqui addiderunt conantur ponere eam in rescriptis, dicit enim sic, quod tunc demum est abstinendum ab officio sacerdotis, si tamen prius comoneatur, & cessare velit, aliter non secundum Lau. Sed vide, quod ibi recitat tres opiniones, quarum prima est Hug. quae dicit, quod debet praecedere admonitio, sed sufficit a quocumque fiat. Et si eius admonitionem non audierit, tunc cessabit ab eius officio. Secunda, quod tantum debet ab Episcopo admoneari. Tertia, quod eo ipso, quod est notorius cessandum est ab eius missa etiam non praemissa monitione, quia suspensus est, & quoad se, & quoad alios. de coha. cleric. & mulier. c. fin. Et dicit, quod hac vltima sententia est dura, sed si bene inspicias supradictam nullam determinat, immo tenet, quod simpliciter sit abstinendum in c. per hac 32. dist. in glo. quae incipit, ut extra in c. ad hac 32. dist. clare ianuit, quod sit aliquorum opinio, sed non sua, quod requiratur admonitio. in glo. quae incipit: nam litteram indistincte.

b Ad factum. Ista conclusio est Ant. de Butr. & in alle. c. vestra. in solenni repetitione ipsius ca. vestra. de cohab. cleric. & mulierum.

QUINTA CONCLUSIO.

EX quo sacerdotes concubinarij notorii sunt suspensi quo ad se, & quo ad alios, ut praemissum est, istud non est aliud dici, nisi quoad se. i. ipsi sunt omnino inhabiles, & impotentes de iure, & sine peccato non possunt exercere diuina, & quoad alios, id est alijs licite, & sine peccato ea manifestare & ministrare non possunt. Et sic est Alph. Toft. Contra cleric. concubinar.

conclusio, quod iurisdictione suspensi sunt, nec ea uti possunt efficaciter, quia eius a exercitio carent. Hac est sententia Domini Alex. de Ales. in 8. compendio sub his verbis. Quamuis omnes sacerdotes habent clauis, non possunt omnes absolueri nec ligare, sicut excommunicati haeretici damnati suspensi. Hoc autem non propter defectum clauium, sed quia non habent materiam, scilicet subditos, qui sibi subtrahuntur. Hac Alex. In hac eadem sententia assentit clarius Hasten. libro 6. titu. 26. articu. 2. In hac verba prorumpens: deficient-

a Exercitio carent. Item in eod. tit. tenet quod irregularitas homicidij vel infamiae, vel contemptus censurę, ecclesie executionem ordinariam impedit, & remouet quem a statu praesidentium quoad executionem, & sic clare concludit, quod clericus percussus, vel suspensus quoad se, & quoad alios nullum habeat iurisdictionis exercitium, & per consequens absolutio a tali impensa in foro aia nullius roboris, & momenti. idem dicit Alex. 4. Sent. dist. 17. q. 4. ad si. dicens, quod potestas absoluit non solum exigit characterem. s. oportet, quod concurrat iurisdictioni. b Suspensi. Et nota quae sequuntur. Nam notorius fornicator sacerdos non potest absolueri in foro confessionis aliquem, nec valet eius absolutio cum nulla sit, nullus absolui potest a peccato per hoc, quod peccat. Hac sunt vera ratio S. Tho. Sed recipiens penitentiam a tali fornicatore peccat sic per praecipuum Ecclesie faciens, igitur a peccato absolui non potest per eum. Praeterea cum isti sint suspensi ab officio, nullum habent exercitium iurisdictionis, nec usum clauium. Est enim regula in theologia, & in iure, quod vsus clauium impeditur in suspensis. Vnde D. Pet. de Taran. in 4. Sent. dist. 19. q. 3. tenet, quod vsus clauium tollitur in depositis, & degradatis, sed suspenditis, vel impeditur in excommunicatis, & suspensis. Et aliter in 4. Sent. in materia de clauibus dicit, quod excommunicati, vel suspensi, vel haeretici non possunt ligare & absolueri. Et constat, quod notorii fornicatores suspensi sunt quoad se, & quo ad alios, & sic tales non possunt absolueri sibi confidentes. Item in expresso ponit hac conclusionem Bonauen. 4. Sent. di. 19. problemate. 2. q. dicens, quod si amittat iurisdictionem, cessat clauis executio. Vel per ablationem subditorum quantum ad rem. Sic est in schismaticis, percussis, & notorii fornicarijs, excommunicatis, & huiusmodi. Vel quantum ad rem, & ipse, sicut in degradatis. in hac sententia est Hasten. in sum. lib. 5. ti. 36. cum his etiam concordat Durandus in summa iuris, parte 1. dist. 1. ad si. dicens sic suspensus ab officio priuat a potestate absoluitur, siue sit suspensus ab homine: puta quia iudex eum suspendit. Sicut sit suspensus a iure, ut notorius fornicator, qui nec potest ligare, nec potest absolueri. Vel simoniacus in ordine, etiam si sit occultus. Et isti non possunt conferre sacra, vel ab eis recipi excepta necessitate in mortis articulo. Ad idem frater Io. de Saxo. vtriusque iuris doctor in lib. quae intitulauit Tabulam. tenet quod in quatuor casibus tenet quod iterare confessionem, & duo sunt per confessionem, & duo per confitentem. Primus est si confessori deficit clauis potestatis, quia tunc non potest a peccato absolui, & sic est suspensus sacerdos ab officio, siue ab homine, siue a iure. Si a iure, ut notorius fornicator, vel simoniacus in ordine, et si sit occultus, dummodo sciat eum esse simoniacum. Ecce doctorum iurefragatorum concursus, quod notorius fornicator nullo penitus modo potest aliquem absolueri in foro confess. quia caret vsu clauium iure prohibente.

deficiente iurisdictione, etiam si ad sit clavis non potest aliquis, aperire, & si amittatur iurisdictione, cessat clavis executio. Hæc autem amittitur in schismaticis, hæreticis p̄sertim, & fornicatorijs notorijs, & in excommunicatis. Hæc Do. Haslen. Et sic luculenter secundum tantorum doctorum sententias: notorios concubenarios constat nullam prorsus habere iurisdictionem quoad exercitium, & effectum actualem, & hoc est manifestum, quia secundum eos iurisdictione sacerdotalis, quæ necessaria est absoluedi, vel ligandi, de p̄n. dist. 6. & secundum S. Tho. in summa. contra Gentiles, accidentaliter adhæret ordini sacerdotali. Quod satis est manifestum, quia religiosi in traditione sacerdotalis officij eadem potestatem recipiunt quam alij sacerdotes etiam Curati, sed ea carent ex institutione Ecclesiæ, ut in c. ecce sufficienter. 16. q. 1. de iure enim communi nullus sacerdos indistincte habet iurisdictionem, nisi ab episcopo, vel a iure sibi concedatur. 16. q. 1. c. cunctis, & secundum istos Doct. Alex. & Haslen. quo ad non habendam iurisdictionem parificatur hæretici, & schismatici, excoicati, suspensi, & notorij fornicarij. Idem S. Tho. 3. parte Summæ. q. 82. art. 9. Et idem communiter Doct. Theolo. 4. Senten. dist. 18. Nā hæreticus, sacerdos excommunicatus est suspensus quoad se, & quoad alios, & religiosi secundum istos Doct. claves habent: nec tamen possunt ligare, vel solvere, & in quantum tales non habent subditos, & carent iurisdictione. Vnde B. Tho. 4. Sent. dist. 19. dicit, q̄ schismatici hæretici, & suspensi, & excoicarij, & degradati habent potestatem clauium quantum ad essentiam, sed vsus impeditur ex defectu, maxime quando Ecclesia talibus subtrahit subditos, vel simpliciter, vel ad t̄ps. Vnde quantum ad hoc priuati sunt vsu clauium.

a Aperire. Do. Guliel. de monte Laug. in sacramentali titulo de clauibus dicit, q̄ cum vsus clauium requirit prælationem, & prælatio non possit sine subiectione, quia correlatiua sunt: ideo si ille, qui parat materiam, ideo tradidit subditos, sicut Papa, vel Episcopus tollat ipsos, iam talis amittit quantum ad vsu esse prælati. Vnde licet quoad potestatem clauium tantum habeat sacerdos non præcisus, sicut præcisus, vel excommunicatus, vel e contra. Impeditur tamen vsus clauium propter materiam sibi subtractam.

b Executio. Itē eod. lib. tit. de factis tenet, q̄ a sacerdote præcisus potest q̄s in mortis articulo p̄nitentiā, & corp̄ Christi accipere, sed extra t̄ps necessitatis nullo

mō licet. Et si q̄s facit peccat. 32. di. c. nullus. & in §. c. Et carent iurisdictione. Vnde do. Pe. de Tarantasia. 4. Sent. & Bar. in Summa, in verbo confessi. 2. di. ait. iste est vnus de quatuor casibus, q̄n quis iam confessus tenetur iterum confiteri. s. quando sacerdos nō potuit absoluere, sicut in istis concubinarijs.

d Vsu clauium. Ho. de paroch. tenet, q̄ si aliquis clericus habet beneficium, sed non de iure, cum talis non possit absoluere, vel ligare decipiuntur animæ subditorum, licet ipsi subditi habeant iustam causam ignorantia. Et addit Inn. q̄ si quis ignorans a tali p̄nitentiam accipiat, & postea sciat, debet ire ad sacerdotem verum, & ei confiteri, & ab eo absolui, & sanguis istorum subditorum requirit ab istis sacerdotibus, ac si amississent. Idem Bar. in Summa Pissana, in verbo Confessio. Idem est in concubinario notorio, cum nullam habeat iurisdictionem, nec potestatem absoluedi, ac si beneficij tituli nō haberet, & grauissimū sibi mortis periculum iminet ex tali deceptione in factō p̄nitentiæ.

SEXTA CONCLUSIO.

**E**licitur ex præmissis necessario, videlicet ex quo clerici concubinarij, & notorij mortaliter peccant diuina exercendo, & suspensi sunt quoad se, & quoad alios, & incurrunt peccatum paganismi, & idolatriæ tam ipsi quam qui ab eis audiunt diuina, vel sacramenta suscipiunt secundum determinationem Ecclesiæ in alleg. ca. si qui sunt p̄sbyteri, sequitur necessario, quod isti non possunt absoluere aliquem a peccatis, & per consequens parochiani tenentur illa eadem peccata iterum confiteri, ex quo non fuerunt absoluti per istos sacerdotes. Conclusio ista ex eo patet, quia istis iam subtracta est iurisdictione, & sic remanet, ut priuata persona, quæ nulli præest iurisdictione, licet alias essent Curati, Rectores vel Prælati, vel quomodolibet animarum regimini præsidentes. Et licet Parochiani sciant, & spontaneè velint se submittere talibus sacerdotibus, nulla per hoc eis iurisdictione attribuitur secundum notata in simili. 16. q. 1. in summa, quia priuatorum iuri publico derogari non potest, ut in ca. si diligenti, de foro comp. Hæc est in expresso sententia Do. Io. in summa Tabulæ iuris. idem videtur sentire beatus Tho. de Aquino in summa contra Gentiles ad fi. vbi tenet, quod requiratur iurisdictione in sacerdote ad hoc, q̄ possit absoluere. Ratio quare parochianus, qui scienter confitetur tali sacerdoti non cōsequitur absolutionem.

a Absoluere. Vnde Pet. de Tarantasia. 4. Sent. dist. 18. art. 2. dicit, q̄ ad absoluedum requiritur potestas iurisdictionis libera. & excoicatus, & suspensus non habet liberā, sed ligatam, & si habeant potestatem, non t̄ executionē, & ideo non possunt ligare, vel absoluere.

absolutionem, est secundum beatum Thom. quia nemo cōsequitur gratiam in eo, quod peccat. Ad hoc enim, quod peccata saltem mortalia deleantur, requiritur secundum Theologos nouæ gratiæ infusio. Cum igitur iste, qui confitetur tali cōcubinario notorio peccet mortaliter, quia inobediens præceptis, & iussionibus sanctæ matris Ecclesiæ: constat, quod gratiam non consequitur, & per consequens, nec peccatorum remissionem, quæ sine gratia fieri non potest, ar. ff. contra verbum. de p̄nitenti. dist. 1. Grauius enim peccat parochianus, qui erranti sacerdoti cōsentit. vnde dicit text. quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui cōsensum præstat erranti? 23. dist. 1. cap. quid enim, quod est menti figendum, quia nulla est absolutio, ex quo sacerdos talis nulli præest iurisdictione & iā desijt esse suus curatus & iudex. Et sic absolutio non valet, quia facta à non suo iudice, vel à non iudice, nulla est. ut in c. ad nostram, de consue. & de iudicis. c. at si clerici. & c. si a non comper. iudi. l. 2. Et licet parochiani credentes bona fide à talibus sacerdotibus se absolutos esse quo ad Deum, sint securi quamdiu eos retinet inuincibilis ignorantia, tamē postquam sciuerint defectum in iurisdictione affuisse, tenentur eadem peccata necessario confiteri tali, qui possit absoluere, vel ligare ad hoc quod sint in statu saluationis. Alias contemnere viderentur legitimas sanctiones, quæ necessitatem imponunt cuicumque annos discretionis haberi, ut omnia peccata sua confiteatur saltem semel in anno, ut in capit. omnis vtriusque. de p̄. remi. & de hoc late patet per Doct. in ca. dudum, 2. de ele. & per Io. And. in c. super cathedram, de sepul. in cle. in simili quæst.

a Peccat. Durandus in poten. 4. Sentent. tenet, quod qui contra ordinationem se subijcit alicui sacerdoti per absolutionem, peccat actualiter peccato inobedientiæ, & peccat mortaliter. Et sic à nullis peccatis potest absolui ab illo. Secus si simpliciter se submittat alicui sacerdoti, ut ab eo absoluitur, qui eum nō potest absoluere, talis non mortaliter peccat, tamē tenetur iterum confiteri postquā cognouerit, quod primus non potuit absoluere. Hæc Durandus. Et sic confessi notorij concubinarijs mortaliter peccant, & iterum confiteri tenentur illa eadem peccata. Sic Magister 4. Sententiarum dicit, q̄ requiritur auctoritas absoluedi in ipso sacerdote, qui est iudex. Nam in vsu clauium iudicium exercetur, nulli autem iudicium committitur, nisi in sibi subiectos.

b Peccatorum remissionem. Item sanctus Tho. in Alph. Toft. Contra cleric. concubinar.

4. Senten. dicit, q̄ in sacramento p̄nitentiæ non imprimatur character, sed statim conferitur gratia ad remissionem peccati, quam remissionem nullus consequitur peccando: Peccat autem qui ordinationem Ecclesiæ prætermittit.

c Præest iurisdictione. Ad hoc enim, q̄ sacerdos possit absoluere, oportet q̄ habeat iurisdictionem, alias non potest. Thom. in 4. dist. 7. de confessione, art. 4. & distinct. 19. q. 1. art. 2. tenet, quod schismatici, & excommunicati, hæretici, & suspensi, & degradati nō habent vsu clauium, quia per Ecclesiæ ordinationem subtrahitur eis materia propria, scilicet subditi.

d Confiteri. Et quod is, qui confitetur notorio fornicatori, tenetur confiteri illa eadem peccata numero alij potestatem habenti. Expresse tenet dom. Ioan. de Saxo in tabula iuris. vbi tractat de absolutione sacramentali. Idem tenet Durandus expresse in sacramentali, dist. 4. q. 2. 6. cuius ratio est, quia notorio fornicatori deficit vsus clauium, ita quod non possit absoluere. Hęc opinio est Theologorum & Canonistarum, & q̄ vnus de casibus, in quibus quis tenetur de necessitate iterare confessionem, est cum sacerdos non habet potestatem, ut tenet Ricardus de Media villa, & Petrus de Tarantasia. 4. Sentent. 18. dist. & Bonaventura 4. Sententiarum, dist. 18. & distinct. 27. q. 1. item Henr. in cap. omnis vtriusque sex. de p̄. re.

e Saluationis. Qui enim peccatorum remissionem per claves Ecclesiæ desiderat consequi, quærat diligenter ne sacerdos, cui iudicium animæ suæ exponit sit ligatus, puta excommunicatus hæreticus schismaticus, interdictus irregularis.

SEPTIMA CONCLUSIO.

**I**sti concubinarij notorij si officium diuinum faciunt in apparatu, sunt irregulares, quia propter delictum suum sunt a iure suspensi quoad se, & quoad alios. Determinatio est dom. Henr. in capitu. si celebrat. de clerico. excommunic. cum quo fere omnes Canonistæ concordant. Hanc regulam ponit Dom. Archidia. in cap. cum æterni tribunal. de re iu. libr. 6. dicens: Suspensus a iure

a Irregulares. Idem Innocen. in c. cum medicinalis, de sent. excom. vbi dicit Host. & in c. tanta, de simon. q̄ aliquis est suspensus ab officio propter crimē quantum ad se, & quantum ad alios, siue a canone, siue a iure semper sit irregularis celebrando, idem in ca. cum æterni tribu. de senten. & re iud. libro 6. De quo latius per eum, in ca. si celebrat. de clerico. exc. mi. vbi dicit determinando, q̄ notorij fornicatores quantumcumque p̄nitentiam egerint, nunquam celebrare debent ante obtentam a Sede Apostolica absolutionem, aliter contrahunt irregularitatem.

b Concordant. Communis opinio habet, quæ fuit Henr. in cap. 1. de sent. excō. libro 6. & Io. Mo. ibidem, & in c. si celebrat. q̄ clericus concubinarijs, vel fornicarijs suspensus quoad se, & quoad alios, & incurrat irregularitatem celebrando. Idem Inno. in c. 1. de sententia excom. lib. 6. idem Spec. de offi. deleg. Sauxta enim. Hęc opinio, quæ tenet, q̄ notorij fornicarij sunt suspensi suspensione inducente irregularitatem est vera de iure. Notorij enim fornicarij debent vitari. Et est speciale in fornicatore propter frequentiam criminis. Hoc Io. de Lig. originaliter in capi. vestra, de cohabit. cleric. & mulierum, de verbo ad verbum.

a iure propter crimen celebrans irregularis est. Hæc est communis Doctorum sententia. Quod autem isti concubinarij sunt suspensī, ita dicit tex. 81. distinc. si qui sunt presbyteri, ubi interdicitur eis ingressus Ecclesiæ, ex consequenti ergo ille, cui interdicitur Ecclesiæ introitus, si postea in ea celebret est irregularis, vt in cap. his qui. de senten. excomm. libro sexto.

OCTAVA CONCLUSIO.

**C**lerici concubinarij notorij, effecti vt præmittitur irregulares, per solum Romanum Pontificem, vel habentem eius vicem possunt super irregularitate dispensationem hanc obtinere. Ista est conclusio Doct. in cap. cum æterni. de senten. iud. libro sexto. etiam Henr. Et sic seruat hodie curia Romana. Nec episcopus potest cum eis de iure dispensare. Ideo dato quod sacerdos notorius concubinarius effectus irregularis peniteat, & ad meliorem vitam redeat, peccabit tamen mortaliter ministrans diuina, quia immiscet se rei à cuius commercio est separatus, vt in regula, non est sine culpa, de regulis iuris, libro 6. cum ibi nota. per Doctores.

a Eius vicem. Legati etiam secundum stylum ipsorum habent, quod dispensant cum celebrantibus, nisi in contemptum: & Papa scit, & tolerat. Srylo tamen & consuetudine cessante solus Papa potest, penitentiarius tamen generalis in curia, vel specialis virtute officij simplicis non possunt dispensare, nisi aliter hæant potestatem. Hæc Do. Io. de Lign. in ca. cleric. de cler. exc. 4. Inno. variat in fornicatore notorio, sed in ca. 1. de senten. excomm. lib. 6. dicit qd est irregularis. Et hoc verius est secundum Ioan. de Lign.

b Obtinere. Itē quod notorius fornicator celebrans in apparatu sit irregularis, & solum secum per Papā valeat dispensare est conclusio domini Fran. de Zaba. Doctoris vtriusque iuris Cardinalis in c. fin. de cohabit. clericor. & mulierum. Idem de simoniacico quando diu est suspensus à iure vel ab homine. Et hoc dicunt communiter Doctores, in cap. si celebrat. de cler. ex. mi. & Hof. & Ioan. Cal. & Anto. de Burr. in alleg. c. si celebrat. Et ista est veritas, & communiter communior, & verior opinio, ac generalis sententia.

c Curia Romana. Tenet & sic seruat hodie, quod cum tali irregulari episcopus non potest dispensare, & est communis opinio, pro qua in ca. cum etiam, de re iud. in lib. 6. & cap. 1. de sent. excomm. eodem libro.

d Dispensare. Vnde Henr. in cap. si celebrat. de cler. exc. 4. dicit, qd cum talis non episcopus dispensare potest, sed solus Papa. Sed Ver. & Hof. in c. latores, cod. tit. in summa, eo. c. si. idem spec. & Archidia. 50. dist. miror. nec obstat. 2. q. 5. quanto. & ibi episcopus dispē fuit auctoritate Papæ secundum Ioan. And. hic, & Archidia. Et qd in hoc casu potest dispensare solus Papa est expressum in c. cum æterni. §. statuimus de re iud. lib. 6. idem Ioan. And. de censib. in c. exigat, & hoc te-

net Cardinalis, & Guliel. de monte Laug. & Gen. & Hasten. Vnde non credo secundum Vincen. hoc, qd ille, qui institutus est in curia ad imponendas penitentias, possit cum eo dispensare Hen. vbi supra.

e Separatus. Sed an isti concubinarij notorij possunt absolui à crimine concubinatus pendente irregularitate, est dubium. Guliel. de monte Laug. in clem. dudum, de sepul. dicit quod non. Toletanus tenet, qd sic in cap. si quis, de cleric. excomm. Ioan. de Lign. ibi distinguit sic, qd cū irregularitas insurgit à crimine non ad effectum: tunc si talis penitere velit de crimine, cōtemnit tamen absolui à peccato manente irregularitate, tunc ex solo cōtemptu peccat mortaliter. Nam non est penitentia fructuosa. & in hoc casu opinio Guliel. vera est, qd non potest absolui a peccato manente irregularitate. Sed si vult absolui, nec per eum stat, quin absoluaur: tunc opinio Toletani est vera. Hæc Ioan. de Lign. c. si quis, de cleric. ex. min.

NONA CONCLUSIO.

**C**um isti concubinarij sint notorie in peccato mortali, non faciunt fructus suos, quos percipiunt ab ecclesia reprobo eorum statu durante, & tenentur ad restitutionem perceptorum tempore talis suspensionis Ecclesiæ faciendam, quia de iure non possunt seruire Ecclesiæ, cui seruire tenentur, in statu Deo non accepto, iuxta illud Deuteron. 10. ca. Iustē quod iustum est exqueris. Itē autem in tali statu existens cum teneatur ad celebrandum, siue ex ordine, siue ex beneficio, vel ad alia diuina officia non potest digne pro se vel alijs, quibus tenetur sacrificia offerre impediēte peccato mortali, secundum sententiam sancti Tho. 4. Sententiarum, distinc. 14. cum quo concordant Albertus & Raynaldus. Vide in summ. Pissa. in verbo ordinatus. Item quia de iure beneficium datur propter officium, in ca. cum secundum Apostolum, de præben. cum concor. Illicite ergo tenet beneficiū, qui sua culpa ad officium se reddit indignum. Hæc igitur conclusio clarè elicitur ex c. eos, 81. dist. & ibi Glo. facit in ar. c. pastoralis, ad finem, de appe. de quo tex. in capitu. præter. 2. 2. distinc. idem Vincen. & Henri. de cohabit. clericor.

a Seruire. Idem Inn. & Hof. in c. sicut, de cohabit. cle. & hanc q. in expresso tenet D. Martinus Petri in suo Directo. confessionū, vbi tractat de suspēsiōe dicēs, qd tales concubinarij ab officio, & beneficio sunt suspēsi.

b Non potest digne. Et cui interdicitur officium interdicitur beneficiū 81. dist. si quis sacerdotū, & c. eos, ita not. Ber. de consuetudine, cum dilectus. Idem vñ sentire c. cum pastoralis, de appel. de quo tex. est expressus in c. pposuit, de fil. presb. ordi. cū fm Vin. in c. pter hoc 32. dist. dicit suspēsiō sunt bona Ecclesiæ deneganda, qñ est in mora petendi ab solutionem, nā indignum est, vt Ecclesiæ alimonij sustententur, qui illam diffamare non desunt notorie maculate viuendo.

DECI.

DECIMA CONCLUSIO.

**I**n locis vbi clerici solent decimas, vel primitias, quæ ex lege debentur per seipsos leuare, si sint notorij fornicatores non sunt eis dandæ: sed potius episcopo. Hæc est determinatio Fran. de Zaba. vtriusque iuris doctoris in ca. tua nobis. 2. extra de decimis. Cuius ratio pendet a notatis superiori conclusione, quod non faciunt fructus suos, ergo non debent aliquam sustentationem ab ecclesia recipere durante eorū statu reprobo, vt in cap. alleg. eos. & c. præterea cum ibi notatis.

a Eis dandæ. Idem Archidia. in capitu. præter hæc. 32. distinc. qui sic dicit. A talibus clericis, scilicet notorij fornicarijs possunt laici subtrahere determinationes voluntarias, ex quo ab eorum officijs abstinere debent: item Ioan. de Lig. in cap. vestra, de cohabit. clericor. dicit, quod parochiani possunt ab istis concubinarijs notorij denegare suam audientiam, nō solum in permissiōe, siue licentia iuris, sed virtute interditi Ecclesiæ. Et eadem ratione alia iura ecclesiastica, vt nota per Ioan. An. & Hof. de decimis, tua.

b Sed potius episcopo. Ioan. in alleg. cap. tua, de decimis, & in nouella. variat in isto passu. Nam modo adhæret opinioni Hostiens. si quod non debent solui decimæ publicis concubinarijs, ne nutriantur in delictis. Modo videtur dicere, qd parochianus nunquam potest opponere contra presbyterum parochianum de decimis non soluendis, quātumcunque sit criminofus, nisi oppositum probet, & qd sit notorie intrusus in beneficio. Sed veritas est, qd in vtroque casu nō potest opponere quantum ad hoc, vt nullo modo teneatur soluere, vel possit eas conuerrere in vsus suos, quia hoc esset etiam cōtra ius diuinum, sed debet eas ponere in deposito, vel conuerrere in vtilitatem Ecclesiæ de consensu episcopi. Et pro ista conclusione, & determinatione verissima etiam vltra hic allegata, faciunt nota. per Anto. de Butri. in ca. cū inter priorem. de excep. vbi dicit, qd legitima exceptio est, quā opponit Archi. contra suum presbyterum curatū de non solutione decimarum, si qd non facit diuinum officium, vel administratur sacramenta in statu, in quo debet, propter quod fuerit propria decimæ assignata in dicto ca. tua, eodem tit. & sic perinde est, ac si non faceret, quia nihil, & inutile equiparantur, in c. tue, de cleric. non resid. immo non solum, facit inutiliter, sed damnabiliter, vt patet in ista conclusione decima, & præcedentibus suis glo. Et quoniam de dicto. prædicti dicunt de decimis personalibus, & prædialibus, sicut realibus, vt est sententia, & noua determinatio Dom. Franc. de Zaba. qui dicit, qd glo. vel posita in alleg. cap. tua debet limitari, nisi delictum esset notorium, quia tunc non debent laici soluere aliquas decimas personales, vel reales notorij fornicatoribus, vel simoniacis, ar. cap. pastoralis, de appel. Et dicit etiam, quod parochianus debet sua auctoritate, si episcopus etiam sit notorius fornicator, vel simoniacus conuerrere in vtilitatem ecclesiæ, vel pauperum. Et huius est ratio, quia sicut decimæ personales debentur pro labore, ita

etiam prædiales, vt in c. vanum genus. de deci. & cap. questum 16. quæst. 1. & sic idem ius in vtriusque.

c Recipere. Dom. Hof. in cap. tua nobis, de deci. dicit, qd personales decimæ non sunt reddendæ clerico notorio concubinario, quia decimæ dantur ratione diuini obsequij 12. quæst. 2. concessio. & non debent percipere beneficium, qui non faciunt obsequium, & eis non sunt dandæ, ne in peccato suo nutrirī videantur. Ipsas tamen parochianus retinere non debet, sed de consensu episcopi in ecclesiæ vtilitatem conuertentur. Iste autem, cui præstanda est decima, reddit se indignum perceptione decimarum, cum non faciat id propter quod decima est ecclesiæ assignata. vnde est, vt puniatur in eo in quo deliquit secundum Hostien. in fine. idē Henr. ibi, & Toletanus. Possent aliquis opponere, de cap. cupientes, de priuileg. in cle. post prin. vbi cauetur, qd est excommunicatus religiosus qui in prædicatione, vel alibi talia dicat per que populus retrahatur a solutione decimarum. Dic. qd non obstat illud, quoniam, & si illa constitutio habeat locum in religioso: non tamen in alijs, & illud c. intelligitur quando interest proprio, & voluntate aliquis religiosus hoc faciat, vt decimæ non soluatur. secus si alias, vt in casu nostro: voluntas enim & propositum distinguunt maleficia, vt in cap. cum voluntate, de sententia excommunicationis. Hæc ergo prædicta clem. habet locum tribus concurrentibus. primo si sit religiosus. Secundo si intentione retrahendi a solutione decimarum aliquos hoc faciat. Tertio si faciat, vt decimæ ecclesijs debite non reddantur, sed in conclusione solum concluditur decimas, & oblationes non esse reddendas istis fornicatoribus, sed omnino ecclesiæ, vel episcopi vtilitatibus applicandis: interueniente episcopi dispensatione, & sic cessat oppositio quæ non habet locum in conclusione præcedenti.

VNDECIMA CONCLUSIO.

**C**lericus notorie concubinarius, viuens non debet permitti ingredi in Ecclesiam, & moriens nō debet cum alijs fidelibus sepeliri. Hæc conclusio manifeste elicitur ex tex. omnis vtriusque de pœnit. & remis. si bene examinetur ipsum cap. vbi est casus, quod quicumque fidelis habens annos discretionis, si non confitetur saltem semel in anno, & suscipiat Eucharistiam in pascha secundum docto. peccat mortaliter, & viuens habet interdictum ingressum Ecclesiæ, & post mortem sibi interdicitur ecclesiastica sepultura. Cum igitur concubinarius, de quo supra sit notorie peccator, & perseueret in peccato mortali, & non confitetur, nec recipit sacramentum Eucharistiæ prout debet recipere, concluditur, quod hanc penam incurrit. Item quod non debeat sepeliri satis iura exprimunt, quia interdicto Ecclesiæ durante ecclesiastica sibi interdicitur sepultura, vt in cap. his qui de senten. ex. lib. 6. & quod talis sit interdictus tali statu durante est casus in alleg. cap. si qui sunt.

DVO.

DUODECIMA CONCLUSIO.

**S**acerdotes habere feminas saltem publice est nefarium dicere & horribile audire, & contra sacrorum canonum instituta, & per eos nomen Dei blasphematur, ut in cap. omnis 8 r. distinct. sunt enim scandalum omni populo Dei, cum deterioram vitam ducant, quam populus, & in publico. Tanto enim peccata sunt grauiora, & existunt detestabilia, quanto in eis diutius perseverant, ut in capit. fin. de consue.

**a** Et horribile audire. Sanctus Tho. doctor. secunda secunda quaest. 7. artic. 8. tenet, quod ceteris paribus plus peccat sacerdos faciendo aliquid contrarium sanctitati quam aliquis alius religiosus qui sit infra sacros ordines. & sic constat, quod grauisimum est istud crimen in sacerdote cum est praesertim notorium. quis enim non blasphemaret? nam si vnus religiosus tenet publice concubinam quandam sanctimoniam, qui religiosus aliter existeret infra sacros ordines, indubitanter totus populus vellet lapidare eos, & tamen maius peccatum est fornicatio in sacerdote quam in illis religiosis, & sic multominus deberet hoc nefarium vitium tolerari in viris Deo dedicatis, & sacerdotibus. Sed quomodo isti sacerdotes inferunt plura damna toti ecclesiae viuentibus, & morientibus in purgatorio existentibus per hoc cognoscet. nam sacrificia, & oblationes sacerdotum profunt dupliciter supradictis, scilicet ex virtute sacramentorum quae non possunt violari, nec seclari, nec maculari propter qualemcunque ministrorum vitam, ut in cap. vestra. de cohabit. cleri. & ex vita ipsorum ministrorum, vita namque sacerdotum est necessaria Eucharistiae non quantum ad consecrationem, sed quantum ad effectum 1. quaest. vulnerato pastore qui curandis ouibus adhibet medicinam, quomodo populum tuebitur orationis clypeo qui iaculis hostium se ferendum exponit, aut qualem fructum de se producturus est, cuius graui peste radix infecta est. Magis ergo metuenda est illis locis calamitas, vbi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui magis in se ad iracundiam prouocant quos per se ipsos placare debuerant. Et sic vulnerato pastore medicina non adhibetur curandis ouibus, & de infecta radice fructus non producit, & maior calamitas in futuro metuetur. Haec est sententia originalis beati Gregorij in quadam epistola destinata Regibus Francorum, ut habetur. 1. quaest. i. cap. vulnerato: Ecce luculenter constat, quod nullus fructus prouenit viuis, & mortuis ex vita istorum, cum tamen vita eorum sit necessaria ad hoc, quod sacrificia essent magis expiatiua. Et sic non est dubitandum, quod Deus plura bona spiritalia, & temporalia suae ecclesiae concederet, & animae defunctorum expiantur a poenis, & flammis si istorum vita non esset maculata, & ultra haec multa debemus formidare pericula. Non haec est mea sententia, sed praefati Gregorij.

XIII. CONCLUSIO.

**C**um sit de necessitate salutis praecipuum Ecclesiae, ut superius est probatum obseruare, ideo parochiani omnino, abstinere debent ab audiendo. Mis-

**f**am, & alia diuina, & ab assumendo quaeque sacramenta sub poena peccati mortalis ab istis concubinarijs. Et non debent contrafacere, etiam si sit scandalum, cum propter scandalum non sint demittenda quae sunt de necessitate salutis. Et haec est communis sententia Theologorum, & Canonistarum signanter sancti Tho. Secunda Secunda. q. 12. Ar. 7. & idem Hen. in cap. cum ex iuncto. de noui. operis nunci. Idem beatus Hieronymus, & beatus Gregorius super Eze. In necessitate tamen possunt ista duo sacramenta ministrare concubinarij, scilicet baptismum, & viaticum, ut in cap. alleg. vestra. etiam possunt penitentiam iniungere in extremis, vbi alius reperiri non possit. Parochiani vero si contrafaciant, sunt veri idolatrae, ut dicit text. expresse in alleg. cap. praeter. §. porro.

**a** Abstinere. Sacerdos enim si peccauerit quis, orabit pro eo 9. dist. allenū. Et sic grauius peccant quoniam secundum sententiam domini Host. ceteris paribus plus peccat sacerdos qui fornicationem commisit, vel commisit quam religiosus infra sacros, vel quilibet monialis, aut quicumque alius adulterium committendo. Et quanto plures sunt, tanto plus contemptibiles efficiuntur 92. dist. cap. remis. in fin. possunt tamen parochiani in ecclesijs suis facere orationes, dum tamen non illo tempore, quo aliquis publicus concubinarijs facit aliquod officium in Ecclesia. Immo in diuinis magis tenentur vitare talem concubinarijs publicum quam excommunicatum notorium. extra diuina tamen non vitabunt fideles Christi talem impijs sacerdotem, cum uis sit maiori excommunicatus. Et nota, quod secundum Deum, & iura magis peccatum est, & maior inde poena, quae infligitur si quis communicet in diuinis notorio fornicatori sacerdoti quam notorie excommunicato, ut patet ex superius allegatis. Participare vero cum notorio excommunicato non est peccatum mortale, nisi in diuinis, & adesse contemptus. haec sententia est sancti Tho. in quadam quaest. de Quolibet suis. Vide latius per Hen. istum passum in cap. sacris, de sepul. & quod me. causa, vbi ponit 5. casus in quibus, quae peccat mortaliter participando cum excommunicato.

XIII. CONCLUSIO.

**V**irtuosum est, & laudabile, & valde meritorium populis tribubus, & linguis promiscui sexus vniuersis praedicta ignorantibus

**a** Meritorium. Omne opus humanum, & actus est meritorium si subiiciatur charitati, & sit regulatus in Deum. Sententia est Sancti Thomae, Secunda Secunda q. 2. arti. 9. cum igitur is, qui caliginem ab oculis clericorum, & populorum fideliter separat, & viam veritatis ostendit intentionem ferat Deum, non est dubitandum, quod opus per eum exercitatum, pura praedicatione, & criminum ac erroris propalatio sit satis meritorium. Vnde secundum eundem Sanctum Thomam in quadam quaest. de quolibet. tanto opus est magis

laudabile, quanto a nobiliori virtute procedit. Cui ergo praedicatione verbi Dei maxime circa praedicta procedat ex latra q est nobilis, & summa virtus, constat profecto, quod talis praedicatione est nimium utilis ac laudabilis. Ceterum si dicas, quod ad religiosos non spectat talibus se implicare negocijs, & praedicationibus praesertim cum de iure communi praedicare verbum Dei pertineat ad clericos parochiales, ut in clem. dudum de sepul. Respondit Sanctus Thomas in quadam q. de quolibet, quod ad religiosos, qui vitam contemplatiuam eligunt, spectat magis quam ad clericos seculares praedicare, & confessiones audire, & sacras scripturas docere. Et tamen de licentia suorum prelatorum. Et eadem poena puniuntur in constitutione, quae incipit, speciosus forma per Petrum de luna olim Papam Benedictum, cum erat legatus Domini Clementis 7. in partibus Hispaniae. Item etiam puniuntur ibidem, quod sunt intestabiles, & alij poenis ibi contentis. Sed clerici allegant contra eandem, quod non fuit moribus veterum approbata. Sed aduertere, quod illud quod dicitur, intestabiles, debet limitari, ut aliquam poenam addat quantum ad fructus ecclesiasticos, scilicet quod de illis, quando viuunt non possunt testari, quod est verum si habent administrationem, vel curam animarum secundum Ioan. An. opinionem in cap. praesenti de officio ordi. lib. 6. in glo. ordinaria. secus dicit de non habentibus administrationem, quia isti possunt, ut ibi videas. Sed Archidia. tenet contrarium, ut ibi, & in c. statu. de rescriptis lib. 6. idem Pe. de Ancharono. in suo apparatu nouissimo in cap. praesenti, vbi dicit, quod iura alleg. per Ioan. An. tenent clerici pro Euangelio, quod eis fauent in parte. Sed opinio contra videtur verior de iure. Et illud, quod dicitur, quod non possunt testari, intelligas libere secundum praedicta docto. Nam alias bene possunt in vita, & in morte donare seruitoribus, & ceteris moderatè, ut in capitu. regulatum, eodem titulo.

ribus euangelizare, & illa detestari, ut domini praecipua ac ecclesiastica imperia executioni efficaciter mancipentur. Et ut populus Christianus factis eruditionibus instruat, leprosi, ac contaminati sacerdotes contagione pestifera salubriter arceantur. Si enim excommunicatus, ideo publicatur, ut ab alijs euitetur, & ab alijs euitatur, ut rubore suffusus emedet in melius, quod illicite perpetravit, ut in capitu. pastoralis, de appellatione in fin. iuncto capitu. si inimicus. 93. distinctio. & capitu. audi. 2. quaest. 3. a simili est in istis concubinarijs, ut per hanc euitationem, quam fieri imperat Ecclesia salubrius ad lamenta penitentiae satisfactione praevia inducantur. Sola enim vitia eorum sunt in odio non natura humana, quae sub praecipuo charitatis est diligenda, ut in ca. odio 86. distinctio. ad solum istum finem poenalia iura contra eos sunt introducta. Nec obstat, quod aliqui populares scandalum se dicunt pati, quia reuera illud scandalum est pusillorum, & verius non est scandalum, quia illud, quod perfe-

**A**cte rectum est, vel actum non habet permissione ruine, & per consequens non est scandalum secundum S. Tho. secunda secunda quaest. 20. Et cum isti concubinarij arguantur, ut emendantur, & populus informetur, ut salutis praecipis obtemperet, & seruetur in hoc intentio Ecclesiae, nec exceditur modus principaliter nec consequenter. Non est ratio, nec consentaneum cur sit desistendum.

**B** Cum tacere in tali causa illis, ad quos pertinet sit peccatum. Vnde propheta. Vae mihi, quia tacui Isa. 6. Pharisei enim scandalizabantur de doctrina Christi, & populum concitabant, cum eis vera, & caelestia praedicaret, & eum volebant reprehendere viuentes, & facientes contra legem Dei, quod scandalum Christus contemni iubet Matthaei. 15. quod scandalo non est ambigendum illos ligari, & inuolui, qui scientes, seu scire nolentes sanctiones canonicas impediunt, & procurant, ut viri spirituales, & Deum timentes vitae irreprehensibiles annuncient populo verbum Dei, & vitia reprehendant, atque pericula detegant animarum, cum sit eis odiosum quando in sermonibus de hac materia aliquid tractatur. Cum tamen vas electionis, & doctor gentium, in quo Christus loquebatur, Paulus egregius, Apostolus imperauit Timotheo dicens: argue increpa &c. 2. ad Tim. 4. Et licet propter illud scandalum pusillorum, quod ex ignorantia, vel infirmitate procedit ad tempus quandoque sit supersedendum, tamen postquam ignorantes fuerint informati de veritate, si scandalizentur, non est propterea a praedicatione desistendum, quia tunc tale scandalum videtur procedere ex malitia, cui prorsus est obuiandum, tales enim secundum prophetam nolunt intelligere, ut bene agant. Et sententia haec est beati Tho. Secunda quaest. 43. arti. 7. vbi expresse tenet, quod opera spiritualia, ut doctrina, & similia ad tempus sunt occultanda, tamen

**a** Desistendum. Idem Nicolaus de Lyra super Mattheum 4. c.  
**b** Obuiandum. De quo est text. in c. ex parte de privilegio iuncta l. in fundo. ff. de rei ven. Nam publice utilitati ecclesiae interest crimina non remanere impunita, ut impunitatis audacia non fiant nequiores, qui nequa fuerunt in l. vulneratus 1. §. ff. ad leg. Aquil. in fine, 1. cap. vt fame, de sententia excomm. cum ibi notatis.  
**c** Ista memoriae commendata, quae hodie sunt in practica.

tamen non sunt omnino prætermittenda. In qua sententia est beatus Hieronymus, qui dicit, quod propter scandalum sunt aliqua prætermittenda salua triplici veritate, scilicet doctrina, vita, & iustitia. Et sic de tali scandalo non est curandum. Quod enim sacerdotes à tanto facinore remoueantur, & quod populus non incurrat peccatum paganismi, & idolatriæ pertinet sine dubio ad veritatem vitæ, vt in superioribus est probatum, cum ista sit finalis intentio ecclesiæ, vt in præalleg. cap. vestra. Sed ecce hostis humani generis à principio sui casus vehemèter ingemit, vt humanum genus nebulosæ cæcitatibus ignorantia modis omnibus inuoluatur, & summo studio vigilat, vt peccata non cognoscantur, nec redarguantur, vt securius populares decipiat, prout dicit B. Bernardus, vbi non est reprehensor, securius accedit tentator. Et hanc malitiam suæ obstinæ peruersitatis iam dudum tempore Iuliani apostatæ inferre voluit, qui imperator ex instinctu diabolico omnes libros quotquot reperire potuit Christianorum igni cremari mandauit, vt latius patet in historia tripartita. Hanc etiam incitauit tempore beati Tho. de Aquino, & Ioannis Bonauenturæ per mysterium Armachani, vt ipse Tho. scribit latius in tractatu, quem ipse ædidi contra Armachanum, qui volebat destruere ordines mendicantium, vt nullus perfectus esset in scientia. Ignorantia enim est mater cunctorum vitiorum 38. dist. c. ignorantia. Ignorare enim est ignorare Christum, secundum, quod ait beatus Hieronymus super Isaiam, & est tex. in ca. si iuxta, eadè dist. 8. Ignorantia est mater errorum, maxime in sacerdotibus, qui tenentur scire decreta, & scripturas sacras, & populum instruere, vt patet per totam illam di. quia sacerdos cæcus cæcum populum ad foueam deducit, vt in ca. cum sit de æta. & qualita. & Isai. 5. Propterea populus ductus est in captiuitatem, quia ignorauit legem. Sacerdotes enim debent ex commissio sibi beneficio populum illuminare, & docere secundum sententiam beati Dionysij in primo de Ecclesiastica hierarchia. Propterea clericus est hodie contemptibilis. Machiæ 2. Hæc est sententia beati Augustini in quodam sermone. Vnde si obijciatur populum ignorantia excusari circa prædicta. Est

dicendum, quod ignorantia prædicta potest excusare a tanto, sed non à toto 1. quæst. 8. fin. Et sic videtur etiam, quod ignorantes peccent in hoc casu. Maxime aliqui, qui nescire procurant, quia talis est affectata ignorantia, quæ omnibus est nociua, & in nullo est excusabilis, quando quis non vult intelligere, vt bene agat 37. dist. ca. fin. Et si ista prædicantes sentiant emulos, non tamen debent a veritatis prædicatione desistere 44. dist. scimus. Vnde Dominus per prophetam prædicantibus loquitur. Clama ne cesses, quia si tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera sua Isai. 58. ca. Item licet iura omnia claudamus, & viri prudenter obmutescant, qui per salutaria monita nobis pandunt regna cælorum ac versutias diabolicæ fraudis detegunt, sufficiebat nobis indignis, qui volumus corrigi de peccatis, illius Angeli perspicua ac prælucida sententia sanctissimi confessoris domini Vincentij, qui voce sonora, vt pote organo diuinae legationis pie fulgens ista mundo palam sepiissime Euangelizauit, ac discreti iudicij sententia superni interminauit, quorum testes superstites plures sumus, cuius doctrina in his, quæ non obuiant sacris scripturis, est tenenda, quia prædicti sancti doctoris totus vitæ decursus palam stetit Euangelicus, cuius vitam sanctissimam, necnon, & admiranda prodigia, ni que miracula assidua Christi nouit. Ecclesiæ. Quis obsecro sanæ mentis, & præsertim tantus ac tam miræ scientiæ, & bonitatis eximia vir intrepide, & palam mundo nunciasset concubenarios notorios fore vitados sub tanto rigore, nisi & cognouisset esse domini voluntatem per scientiam insulam, vel acquisitam, & populis ac fidelibus vniuersis esse necessarium ad salutem? quis enim narrare sufficiat quot indiuisim sacerdotes hac labe contaminati sunt ad viam rectitudinis reuocati per eius sanctam prædicationem, & catholicam monita? hoc solum sufficiebat vniuersis, & singulis, quibus de hoc notitia iuridica non existit: maxime cum eius sententia pluribus iuribus fulciatur, & plurimorum veridicorum Doctorum Theologorum, & Canonistarum præfulgidis testimonijs comprobetur. Faciendo igitur conclusionem in præfenti Opusculo, id cum sana conscientia

De Sancto Vincentio Hispano, qui fuit tpe auctoris.

sentio, prædictis conclusionibus oppositum asserere fidelium animabus sit danosum ac seminarium vitiorum, cum tot, & tanta iura, necnon tantorum patrum, & doctorum sententias, & determinationes non debeamus contemnere. Plures namque alij famosi doctores id sentiunt, quorum sententiæ ob breuitatis causam hic omittuntur. Hodie namque clericus efficitur contemptibilis propter flagitiosas sacerdotum vitas indignè viuendum, cum nemo sit, qui eis medicinalè correctionem apponat. Sed sub quadam libertate peccandi, & consuetudine detestanda tendunt ad baratrum, quos male viuentes, aut publicis fornicationibus inuolutos, firmiter teneo esse inimicos Christi, & sancti Spiritus contemptores, quia si quis diligit me, sermonem meum seruabit, Ioann. 9. & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ecce quomodo Spiritus sanctus, cuius est fugere fictum in istis pollutis domicilijs habitare non vult, immo longe est ab eis salus, quia Christi iustificationem non exquisierunt. Et sic remanent viuentes mortui. Sunt enim priuati gratia, & virtute. Et sic cum isti Deum negligant, operibus reprobis Christum blasphemant. Ad quorum etiam confirmationem infero præclaram sententiam beati Hieronymi in Epistola ad Damasum in hæc verba. Vere domine si fornicantium sacerdotum velles sacrificium, & libamen, mendax fieres, & peccatorum socius, cum huiusmodi sacrificium sit ad sacerdotis donationem, nec prodest eis pro quibus fit. Immo vt verissime dicam, qui vitam sacerdotis agnoscit, & eum pro se celebrare facit sit eiusdem peccati conscius: necnon & penæ particeps. Hæc beatus Hieron. & secundum istam conclusionem cuicumque, quod non faciat celebrare

A ponitur de capit. ne Romani de alle. in clem. in principio. vbi dicitur, quod cum lex superioris per inferiori tolli non possit, collegium Cardinalium sede vacante non potest aliquid addere, diminuire, mutare, modificare, vel etiam dispensare quocunque modo circa constitutionem Bonifacii editam in concilio Lugdunen. cap. vbi maius periculum lib. 6. Ad hoc posset dici, quod sit ibi hoc statutum specialiter statutum in fauore vniuersalis Ecclesiæ, & in odium illorum, qui suæ scientiæ innitentes per cauillosas rationes impediebant electionem summi pontificis, in graue præiudicium, seu periculum totius Ecclesiæ militantis. Sed huic solutioni manifeste resistunt mens, & verba prædictæ cle. vbi apparet, quod Papa non statuit ibi aliquid specialiter nouum ius condendo, sed respondet ad id, quod erat de iure, vbi cum dicit, opinionem & c. tanquam veritati non consonam de fratrum nostrorum consilio reprobamus. Quia propter posset aliter dici, quod constitutio ecclesiastica, quæ loquitur de vitandis concubinarijs non diffinit, seu derogat, vel dispensat, seu aliter disponit in præiudicium legis diuinæ considerata ipsius mente, sed si bene aduertatur, iurat eadem legem diuinam per penè appositionem, quod bene potest facere: immo debet, vt nota. Glo. in clem. & notant docto. & signanter in dicto c. cum inferior. Quis enim sanæ mentis neget sacrificia talium concubinariorum publicorum redundare in Dei irreuerentiam, & blasphemiam, vt patet per totum tractatum? Et considerata eius mente non prohibet aliquem Deum adorare, vel debitam reuerentiam exhibere, quod esset attentare contra ius diuinum, sed prohibet sacrificijs talium concubinariorum interesse sub pena peccati mortalis. Et hoc, vt concubinariorum robore cõfusi exeat de tam grauissimo crimine, ac ex hoc Deo acceptabile sacrificium ac debitum honorem impendat, id & istud est inuare legem diuinam, vt supra dixi. His visis circa principalem passum, qui tangitur, & in glo. posset dici probabiliter, quod si aliquis ex pposito accedit ad videndum Eucharistiam quado eleuatur a publicis concubinarijs hoc scienter peccat mortaliter, quia est in fraudem legis. Secus si non ex proposito, sed casu sic contingente faciat transsum per Ecclesiæ, & ipso ignorante eleuatur corpus Christi per publicum concubinariu. Nam tunc crederem, quod posset eidem facere reuerentiam, & recedere statim. Non obstant rationes Glo. quia tunc cessat mens, & causa prohibitionis ipsius constitutionis Ecclesiæ. Hoc tamè dico salua correctione illius, ad quæ pertinet, & iudicio melioris. Sed aduerte, quod aliqui volunt pie tenere, & sic dogmatizant, quod licet verum sit, quod concubinariorum notorii debent in officijs, & sacramentis vitari, tamè quicumque fidelis potest absque peccato diu eleuatur Eucharistia accedere ad videndum, & postea statim recedere debet. Sed salua eorum reuerentia, quia veritas est in contrarium. Nam erubescimus, dicit lex, cum sine lege loquimur. Cum igitur nulla ratione, vel iure hoc valeat sustineri, non est tenendum. Nam iura indistincte prohibent audire nedum missam, sed nec Euangelium, vel Epistolam, vel quodcunque aliud officium quod in Ecclesia publice fiat, vt in c. præter q. 32. dist. & cum prohibitio sit generalis, & nulla fiat exceptio, nec distinctio, vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus. & quod non est sanctorum patrum decreto sanctum vestris non est adiuuentionibus præsumendum, vt in c. inter corporalia. §. sed nec illud de traslat. Constitutio enim negatiue emanauit, & sic absoluta est prohibitio, nisi inueniatur expresse concessum, semper in omni casu intelligitur esse prohibitum iuxta notata in ca. alleg. inter corporalia. Item cum quid prohibetur omnia, quæ sequuntur ex illo prohibentur, vt

a Cõsulerem. Pro istorum opinione, & contra Glo. arguitur sic. Certum est, quod superiorum lex per inferiores tolli non potest, vt in cap. inferior. 2. di. & c. cum inferior. de ma. & obe. sed quod creatura adoret suum creatorem, & ei reuerentiam impendat est ex lege diuina. Vnde Dominum Deum tuum adorabis & c. ergo hoc non potest tolli per legem inferioris, puta per constitutionem Papæ, vel Ecclesiæ. Ad hoc respondetur, quod constitutio humana, siue ius canonicum non potest in totum tollere legem diuinam, sed bene in parte modificare, distinguere, vel circa eadem dispensare, vt nota, per doctores in cap. a nobis, de deci. & cap. quæ in Ecclesiis de constit. signanter per Inno. & Io. An. post eum in nouella. Sed contra istam solutionem op-



# INDEX CONCLUSIONVM

H V I V S O P V S C V L I.



**P** R I M A C O N C L U S I O. Clerici concubinarij quorum crimen concubinatus est notorium vno de tribus modis, vt est præmissum, sunt suspensi ipso iure quoad se, & quoad alios.

**S** E C V N D A C O N C L U S I O. Clericus in peccato mortali existens peccat mortaliter, quodcumque facit aliquod officium ratione ordinis sibi commissi ministrando.

**T** E R T I A C O N C L U S I O. Audientes Missam notorij concubinarij, vel alia officia ecclesiastica peccant mortaliter.

**Q** U A R T A C O N C L U S I O. Licet parochianis propria auctoritate non spectata sententia recedere a concubinarijs publicis.

**Q** U I N T A C O N C L U S I O. Notorij concubinarij nullum habent iurisdictionis exercitium in foro conscientiae, nec valet eorum absolutio a peccatis.

**S** E X T A C O N C L U S I O. Parochiani tenentur iterum confiteri illa eadem peccata numero alicui potestatem habenti, quæ confessi fuerant notorij concubinarij, ad hoc vt sint in statu gratiae, siue saluationis, habita informatione de impotentia ipsorum concubinariorum.

**S** E P T I M A C O N C L U S I O. Notorij concubinarij facientes quodcumque officium ratione ordinis in apparatu sunt irregulares.

**O** C T A V A C O N C L U S I O. In hac irregularitate potest solum per Romanum Pontificem cum istis dispensari.

**N** O N A C O N C L U S I O. Notorij fornicatores beneficiati statum illo durante non faciunt fructus suos, & tenentur ad restitutionem eorum.

**D** E C I M A C O N C L U S I O. Primitiae, & decimae, & alij proventus ecclesiastici non sunt reddendi notorij concubinarij a populo Christiano.

**V** N D E C I M A C O N C L U S I O. Clericus concubinarius notorius moriens non debet sepeliri in ecclesiastica sepultura, & viuens non debet permitti intrare ecclesiam.

**D** V O D E C I M A C O N C L U S I O. Per istos concubinarios nomen Dei blasphematur.

**T** E R T I A D E C I M A C O N C L U S I O. Parochiani audientes diuina, & percipientes ecclesiastica sacramenta ab istis notorij concubinarij postquam fuerunt de prohibitione ecclesiastica informati contrafecerint idolatre reputantur.

**Q** U A R T A D E C I M A C O N C L U S I O. Istud prædicari populis palam est valde meritum, & iuri diuino pariter, & humano valde consentaneum.

*Opusculi Contra Clericos concubinarios Alphonsi Tozzari Finis.*



VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.

M D X C V I.